S. Augu. Augustinus in dicti psalmi expositione sic scribit. attende quid ibi dicat̃ ad similitudinẽ: quid moneat̃ ad prohibitionẽ. Ita ergo & hic data est quædã similitudo de marso qui incantat ut educat aspidẽ de tenebrosa cauerna utiq; in lucem uult educere. illa autẽ amando tenebras suas quibus se inuolutã occultat: dicit̃ ꝙ cum exire noluerit erit recusans tamen audire illas uoces qbus se cogi sentit: allidit unã aurem terræ & de cauda obturat alteram: atq; ita uoces illas quantum potest euitans non exit ad incantantem. Liuius bellũ scribens Italicũ libro. lxxii. quod qa a marsis inchoauit dictũ est marsicũ inter populos qui romanis rebellarunt enumerat marrucinos & marsos:& libro. lxxvi. dicit marsosa. L. pinna:& Cæcilio pinna legatis superatos pacem petiisse a Silla: bellũq; hoc id fœlicitatis romæ urbi attulit ꝙ. M. Cicero in eo militans abominatus est Romanorum ciuiũ crudelitates:& ad litterarũ studia se contulit: unde factũ est: ut Roma ĩgeniũ haberet quod sua

Fucinus. magnitudine illi par esset: abest a taliacoccio fucinus marsoꝝ lacus decimo mi-

Alba. liario & edito in colle Appeninũ uersus est Alba marsorum Romana colonia: sicut Liuiũ diximus libro decimo scripsisse: qui & libro. xxvii. eam fuisse dicit unã ex duo de uiginti coloniis: quæ Hannibalis temporum difficultate militiã detractarunt: eamq; Strabo urbẽ ut appellat solam in Latina regione pro mediterranea scripsit: quã dicit excelso in monte sitã lacui fucino imminere pelagi similitu-

Aqua martia. dinem magnitudine habenti: ex eoq; lacu ductos fuisse fontes aquæ martiæ qua potaretur Roma. Nosq; in Roma instaurata ostendimus martiũ in sua ædilitate ĩtroduxisse aquã eius nomine appellatam: quæ quidẽ aqua supra omnes alias

Iuuencus fluuius. introductas probabatur. & Plinius dicit iuuencum amnẽ supernatare fucinum: qui iuuencus Romã a martio sit perductus: additq; alibi Plinius in lacu fucino

piscem

piſcem eſſe qui octenis natet pénis:quom cæteri oẽs ubiq; quaternis tãtũmodo
natent alba uero dicit Strabo quia eſſet natura loci & munimento arcis ualida ſæ
pe romanis præſidũ loco ſeruãdis in cuſtodia noxiis uſos fuiſſe & nos in Liuio
inuenimus libro.lxii.Q. .Fabiũ maximũ conſulem Pauli nepotem aduerſus alo
brogas & bituntum aruenoꝝ regem fœliciter pugnaſſe ex bitũtiq; exercitu occiſa
cxx.milia:ipſumq; quom ad ſatiſfaciendũ ſenatui romã ꝓfectus eſſet albam cu
ſtodiendũ fuiſſe miſſum circunſtant lacũ ſancti apetitus ſancti Ionæ caſtella:pa Sanctus
ternũq; tranſacum gaianum auecianũ mallianum oppida & comitatus titulo ac apetitus.
opibus præcipuũ eſt celanum noſtræ ac in parte latinorũ regionis limes. Omiſſa
uero ſunt a nobis ſuperius nulli prædictarũ trium uiarũ propinqua aliquot ca-
ſtella & oppida una tamen eademq; in montium regione præneſte tyburq; inter Præneſte
& uicum uarronis ac zinatianum ſita rocha cauarum capranica quæ præſtãtiſſi tybur.
mam romæ dedit familiã capranicẽſem in qua Paulus Archiepiſcopus grauiſſi
mo Martini quinti pontificis ro.teſtimonio maximæ in ſuo ſæculo prudẽtiæ uir
fuit.& Dominicus cardinalis ſanctæ crucis frater ſuus multa ciuilis põtifici quæ
iuris & ſtudiorũ humanitatis doctrina multaq; prudentia nunc claret:quom ta-
men angelus aſculanus epiſcopus & Nicolaus protonotarius nepos eiſdẽ doctri
nis uirtutibuſq; ornentur.Deinceps ſunt oppida guadagnolũ polium caſa corbo Guada
la ſanctus Gregorius rocha liricis dicta ſunt etiã his ꝓxima oppida cecilianum gnolum.
ſambuca.Sarracineſcum rocha mutioꝝ Giranũ ceretũ:anticulũ:riuate:afile:ci- Pollium.
uitella:& olibanũ:clariſſimæ ac prudentiſſimæ mulieris fueuæ Albæ marſoꝝ co
mitiſſæ proſperi cardinalis colũnæ & fratrũ genitricis deliciæ:poſt olibanũ ſunt
piſcianũ & ſanctus Vitus oppidũ fonte uno liris ſiue gauriani: quẽ propinquũ
habet clarũ.Eſtq; ſuperius cælſis in montibus ſublacum ueluti Plinius appellat
ſub laqueum nobile oppidũ lacui eiuſdem & tamen priſci nominis imminens:
redditq; utrumq; fama celebratum beati Benedicti nõ magis diutina cõuerſatio Sanctus
ibi habita:quã eius toto orbe notiſſimũ ibi ædificatũ magnifici operis monaſte- Bñdictus
rium cernitur uero in dextra amenis ripa ab ipſo ſublaci lacu ad uicum uſq; uar- Aq̃duct⁹.
ronis inciſus ſaxeo in monte ductus aquarum:quæ formis partim eo inciſis mo
do partim altũ defoſſis partim ſublimi fornice muroq; excitatis Romã quadra-
geſimo miliario ueniebant:ſed in hac eadẽ latinoꝝ regione ad prædictoꝝ decla-
rationem romanis in conſpectu eſſe dicit Strabo tyburam & præneſtam:& tuſcu
lum:& tyburã quidem qua eſt heracleũ habere cataractẽ quem facit annio deci-
dens ex loco altiſſimo in profundã uallem:& per lucos iuxta ipſam urbem ubi in
cipiat eſſe nauigabilis inde digredi ad metalla lapidis tyburtini & eius qui eſt in
gabiis:qui etiã dicitur rubeus:unde plurima romæ opera fabricata ſunt.De præ-
neſta dicit Vergilius in ſeptimo .Nec præneſtinæ fundator defuit urbis cæculus
& Plinius dicit præneſte dici quia arbor prinus multa ſit eo in monte:eã uero ci-
uitatem dicit Strabo habuiſſe inſigne templũ fortunæ a ſylla ædificatum a quo
petebatur oraculũ.addit quæ Plinius ſimulachrũ id fortunæ adeo fidelitet fuiſſe Fortuna
inauratum:ut craſſiſſimæ inaurationes dicerent̃ præneſtinæ.& alio loco de paui/ templum.

mentis tractans dicit lythostrata acceptauere iam sub Sylla paruulis certe cru/stis quod in fortunæ delubro prænestæ cœpit. Et ambas urbes tiburã & prænestã Strabo dicit in eadẽ montana regione cõstitutas esse: sed distare inuicẽ stadia cẽtum: & prænestũ distare ab urbe roma etiã duplo sed tiburã minus diciq; a quibusdã græcas esse ambas: atq; prænestum polistephanũ uocari prius qua in parte

Polistephanum. Strabonem crediderim diuinasse cum possit prænestæ nũc polistephanum dici: qua ciuitas est Sthephani colũnæ. Additq; Strabo. q̃q̃ utraq; munito sit loco positam tamen munitiore prænestũ: q; urbis summitas montem habet excelsum & retro quidem a continenti montana regione dorsum ellatum: quem non dubito

Rocha cauarum. esse montem in quo est munitissima ars rocha cauarum dicta. dicit quoq; idem præter situs prænesti munitionẽ occultas fossas undiq; foratas usq; in cãpos esse alias aquationis gratia alias ob latentes inuasiones in quarum una obsessus Marius interiit. Liuius libro octuagesimo septimo scribit Sylla. C. Marium exercitu eius fuso deletoq; ad sacriportam in oppido prænestæ obsedit: & libro. lxxxviii. prænestinos inermes occidi iussit. Quã crudelitatis maxime historiam Lucanus in secundo perstringit his uerbis: Iam quot apud sacri cecidere cadauera portũ: & infra uidit fortuna colonos prænestina suos cunctos simul ense receptos unius populum pereuntis tempore mortis: & item Liuius infra. C. Marius prænestæ obsessus a lucretio afella sillanarum partium quom per cuniculum caperet fugã: & sentiret se euadere non posse cum Thelesio fugæ suæ comite utrinq; gladio con/curterunt & occisi sunt. Vsi autem sunt libenter Romani principes eo secessu ad animi curarumq; relaxationem. sed Aurelius Antonius imperator optimus ibi parum fortunatus fuit. Nã scribit Iulius capitolinus eum in secessu prænestino agentem filium nomine uerum Cæsarem septẽnem amisisse: quem non plus diebus quinq; luxerit. Et Plinius de metallis tractans sic habet: anno urbis sexcente/

Aurum. simo septuagesimoprimo: quod ex capitolinæ ædis incendio cæterisq; omnibus delubris Caius Marii filius prænestæ detulerat tresdecim milia põdo auri sub eo titulo in triumpho transtulit & argenti sex. Item ex reliqua omni uictoria pridie transtulerat auri pondo quindecim milia argenti pondo centum quindecim milia. Prosequitur uero Liuius libro. xxiii. prænestinos milites miris laudibus: quod quom apud cannas infœlicissime pugnatum esse: audissent apud casilinum diuertentes durissimam in eo oppido obsidionem omniũ memorabilem fortissime pertulerunt: unde senatus consulto duplex stipendium & quinquenii uacationẽ militiæ habuerunt. addit uero unum Strabo usu per ætatem nostram & sæpius ante actis temporibus compertum munitionem. .quæ aliis ciuitatibus cõducere cõsueuerit prænestinis sæpe calamitati fuisse ob romanoꝝ seditiones defugere. n. illuc eos qui tumultu sint usi hi qũue expugnatis fieri ut etiã prænestini urbẽ de/ferant causa in eos translata. Quod enim supra est dictũ hac de qua Strabo dicit ratione factum uidetur ut sarræ colũnẽsis tpibus prænestæ fuerit desolatũ & põ/

Verrestis flu. celletti ac Nicolai forte bratii aliorũq; urbi in festorũ receptione factũ uidimus: ut urbs obsessa captaq; solo æquaretur. Fluuium eius regionis uerresti Strabo appellat

appellat.& addit in ea montana regione ipsarũ urbium aliud dorsum esse quod inter tibias linquit algidum.& illud quidem dorsum esse excelsum usq; ad montem albanum.In quo dorso sit Tusculum sita urbs non inepte fabricata. Romanæ uero nascenti reipu.hæc urbs hic infesta fuit ꝗ Manlius Tusculanus gener Tarquinio exuli socero auxilium attulit unde pugna ad regillum originem habuit:cui Romanus populus post rebelliones cum latinis factas pepercit:sicut Liuius in octauo scribit. Tusculanis seruata ciuitas quam habebant: crimenq; rebellionis a publica fraude in paucos auctores uersum.& Plinius inter insignia fortunæ uariantis exempla ponit Lucium Furium Tusculanum.Is tusculanoꝝ Romanis rebellantium consul eodem quoq; honore trãsfuga exornatus est a populo Romano qui solus eodem anno quo fuerat hostis Romæ triumphauit ex his quoꝝ consul fuerat Liuius libro.xxvi.accessum Hannibalis ad urbẽ Romam describens dicit per anagninũ agrum uenit in lauicanũ inde algido tusculanum petit.nec receptus mœnibus infra tusculũ dextrorsum gabios descendit.continuat uero supradictis Strabo tusculum ornari insitionibus circũ atq; ædificiis. & ad eam maxime partẽ quæ est uersus Romam tusculi nãq; collem dicit esse fecundũ aquisq; abũdantẽ.& paulatim multis in locis in altũ attolli:habereq; regiam magnificentissimi apparatus & continua esse loca quæ ad albanum uergunt montẽ eandem tum uirtutem:tum apparatum habentia. Deinceps campos esse quorũ alii ad Romã attingũt:eiusq; suburbia alii ad mare.hæc sumpsimus pœne ad litterã ex Strabone.de hac regione colũnensi familiæ ante quadringentos annos sicut nunc est maiori ex parte subiecta.& quidẽ apud pnestæ montes peritissime sunt descripti.sed minora non ponit Strabo loca qui illis in mõtibus sitã Horatii flacci poetæ uillã omisit:ubi sancti Ioãnis in cãpo Horatii nunc appellant. alia etiã a Strabone omittunť quæ si tunc temporis non erant:scimus ante quingentos annos fuisse:Cauas enim a situ dictas quẽ in caua fossa habent nũc Odoardi colũnæ oppidum Petrus colũna per secundi paschalis Romani pontificis tẽpora possedit paterna sicut Pandulphus hostianus scriptor tradit hæreditate sicut etiã tunc prænestæ pillum & pullanũ:nunc dicta pilum & palianũ possidebant.quæ aũt de tusculanæ olim urbis collibus dicit uera esse ostendũt etiã nunc monasterium sanctæ Mariæ de gripta ferrata in uilla Ciceronis tusculana ædificatũ:& marinũ ac supiori edito in colle rocha papæ Prosperi cardinalis columnæ oppida circa quæ duobus aut tribus a tusculo milibus distantia agri fertilitatem & aquarum abundantiã uidemus esse maximã. regiæ aũt magnificentissimæ ut Strabo dicit apparatus fundamẽta esse non dubitamus: quæ proximis pariter griptæ ferratæ & marino locis fornices e manu: factos:cauernasq; habere uidemus oppidi unius populum in habitationem & quidem commodam admissuras & etiam tusculo propinquũ olim lucullanũ Lucii luculi uilla:cui nunc dicitur frascatum:ubi aquam uirginem quæ nunc unica Romam perducitur: inuentam esse constat:tusculaniq; duce Rainone eorum tyranno Federici imperatoris Barbarossæ appellati copiis cõiuncti populum Romanum clade maxima affecerunt

Tusculũ

Horatiĩ uilla.

Capuæ oppidum.

Pillum.

Tusculana urbs.

Lucullanum.

Aq̃ uirgo.

Tusculũ

affecerunt:quæ cãnenſi cladi prope ſimilis numero cæſoꝝ fuiſſe dicitur:adeo ut
Roma poſtmodũ caput nunꝙ attollere potuerit:unde factum eſt ut anno ĩde ſe
ptimo Romanus populus ipſam urbẽ tãta animoꝝ ferocia demolitus ſit:ut uix
fundamentoꝝ ueſtigia nũc appareãt.ea uero uetus & ꝓclara olim urbs nunc ſolo
titulo ciuitas gentẽ portiã inde oriundã:& quod eſt conſequẽs illuſtriſſimos Ca-
tones habuit ciues:quæ diu poſt pontificibus Romanis tribus ſexto Benedicto:
qui primũ Henricũ regẽ theotonicũ coronauit decimononoq; Ioanne illius ger-
mano:& ſeptimo Benedicto utriuſq; nepote ornata fuit:nec aliã hẽt aliquã pri-
ſtinæ fœlicitatis & gloriæ partẽ ꝓterꝙ ꝙ eã titulo epiſcopatus gubernat uir ſum-
mus græce latineq; eruditiſſimus:& ſumma ꝓditus cũ bonitate:tũ etiã humanita
te Biſſarion græcoꝝ cardinalis Nicenus Bononiæ nũc & exarchatus Rauẽnates
aplicæ ſedis legatus.De cãpis quos Strabo dicit aut ad urbẽ:aut ad mare pertine-
re nimis uerũ eſſe uidemus ꝙ ſuburbiis tunc & uillis habitatos nunc ſolis tectos
ruinis & ſyluis ꝓprie magis cãpos appellari poſſe cõſtat.quom aũt Albam Stra-
Aritia. bo a principio nominauerit ꝓximã illi aritiã omiſit:quã nunc ſolo æquatam tũc
Albanus urbẽ in uia appia fuiſſe ſupra oſtendemus.eſt albæ marinoq; ꝓximus albanus la
lacus. cus emiſſorio cuius mirabili opere facto licet tenues efluant aquæ origo nũc ha-
Aquæ ſal- betur amnis:qui apud locũ cædis apoſtoli Pauli labens paludẽ ad aquas ſaluias
uiæ. appellatũ efficit:eſtq; is lacus de quo uates extruſcus ſicut Liuius refert prædixit
futurũ ut ſi emitteretᷣ inde aꝗ Romani ueis potirentᷣ. diſtat ab albano aritia qui
pariter paſſus circiter quattuor mille lacus:quẽ Suetonius Tranqllus nemoren-
Cæſaris ſem appellat:ad quẽ dicit.C.Cæſarẽ uillã inchoaſſe quã reliquerit impfectã:cu-
uilla. ius quidẽ lacus aqua mirabilis opis emiſſorio educta numicũ amnẽ efficit:quem
Numicus apud ardeã in mare labi diximus.Ad eumq; lacũ eſt ſitum oppidum nemus ap-
flu. pellatum Seruius grãmaticus in ſeptimo Vergilii uerſus hos exponens.Audiit &
Nemus triuiæ longe lacus:dicit nemus appellari lucum haud longe ab aritia in quo lacus
op. eſt ubi ſpeculũ dianæ dicitᷣ:& nemorenſi item oppidũ ꝓxime adiacet cinthianũ
Speculum quod a cinthia quæ & triuia nomẽ licet nunc corruptũ habuit. hunc uero lacum
dianæ. dianæ ſpeculum a maioribus appellatũ Romana re florẽte eo fuiſſe dignũ noĩe
Cinthia- nullus mirabitᷣ:qui ꝓſentis tpis amœnitatẽ eius inſpexerit.uallẽ enim concauam
nũ op. duo in circuitu mille paſſus cõplexã hic lacus dimidiã obtinet. pars reliqua ubi
Caiũ Cæſarẽ ædes diximus inchoaſſe:tũc ut uidetᷣ nemoroſa fuit:a qua oppidũ
Cõſitiões extans nemus appellatum eſt.Eaq; nunc arboribus frugiferis adeo pulchre eſt cõ
ſita:ut nulli in Italia quantũuis cultiſſimo conſitionibus loco cedat. Quantum
autem lacus ipſe maioribus fuerit gratus magnum hoc tempore apparuit argu-
mentũ Proſper colũna cardinalis Patriciuſq; Romanus cũ nemorenſe illud cyn
thianũq; caſtellũ paterna poſſideat hæreditate aliquãdo audiuit nemorenſes di-
Naues cere naues ſuo in lacu binas eſſe ſubmerſas:quæ nec adeo putres ſint ut laceratæ
duæ. funiculos de induſtria alligatos.nec retia caſu implicita tractæ ſequanᷣ.nec inte
gre ſuis ipſoꝝ omniũ incolaꝝ uiribus queãt extrahi.quare uir ipſe bonarũ artium
ſtudiis & ĩprimis hiſtoriæ deditiſſimus nec minus uetuſtatis indagator curioſiſ-
ſimus

ſimus q̃d magnę naues paruo & altiſſimis undiq; circũdato mõtibus in lacu ſibi uoluerint noſſe animũ adiecit:noſterq; Leo Baptiſta Albertus geometra noſtri tẽporis egregius q de reædificaton elegãtiſſimos cõpoſuit libros:ad id opis ē uocatus. Qui uaſa uinaria multos colligata in ordines ea rõne in lacu diſpoſuit: ut de ipſis tanq̃ põtibus hincinde penderẽt machinæ:qbus harpagones ferrei denſioribus appenſi rudẽtibus captã mordicus nauẽ fabri peritiores lignarii attraherent. Et a Genua urbe maritima mercede cõducti aderãt piſcibus q̃ hominibus ſimiliores nõnulli:quoꝝ partes fuerũt.in lacus ꝓfundiora natando deſcendere.& q̃ta eſſet nauis quãq; ĩtegra ſentire.& demiſſos funibus harpagones ĩ morſum capturãq; applicare.tandẽ capta ligotaq; ad prorã nauis quom integra non ſequeretur fracta ẽ:& eius particula trahentes harpagones eſt ſecuta. Spectaculo fuit omnibus Romanæ curiæ nobilioris ingenii uiris:particula nauis quã hac rõne fabricatam fuiſſe apparet. Nauis tota larice ligno aſſeribus triũ digitorum craſſitudine. cõpacta bitumine extrinſecus delibuta fuit.quod bitumen ut etiã nunc apparet croceũ purpureũue contexuit:continuitq; uelamen & plumbeis deſuper chartis ſup funes tota ab aquis imbribuſq; nauem bitumẽq; defenſura obtecta eſt. quas quidẽ chartas clauiculi nõ ut nũc aſſolet ferri.ſed ænei frequentes infixi:ita compreſſerunt ut omnis humor ꝑpetuo arceretur. Interior nauis pars nõ ab imbribus magis & humore q̃ ab igne & ferro fortiſſimã habuit defenſionẽ. Nam cũ argilla & creta quicqd ligneæ ſoliditatis nauẽ intus compegerat ad digiti unius craſſitudinem tectum delibutũq; eſſet ferrũ uehementi igne cõcoctũ liquefactũq; ſup infuderunt:quo ad digiti unius & alicubi duoꝝ craſſitudinẽ ſenſim dilatato: tãtũdem magnitudinis ferrea ut ita dixerim habuit nauis quantũ laricea prius habuerat:& ferro inſup alia argillæ ac cretæ bitumatio: uel ut olim in ædificiis appellabatur cõplaſtratio ſup infuſa eſt:obſeruatũq; fuiſſe uidemus:ut concocto liquefactoq; ferro priuſquã refrixiſſet argilla cretaq; & ipſa eodẽ decoquẽda calore ſupinducerentur:quo & ſubſtrata & ſuperius deducta argilla unũ ſicut etiam nunc ſunt cõmixtũ ex lateritio & ferro bitumen efficerentur: dũq; huic expiſcandæ naui oĩs undiq; inſudat multitudo phyſtulæ in fondo lacus inuẽtæ ſunt plũbeæ:bicubitales longitudine:firmiſſima craſſitudine quas mutuo morſu ac compagine cõbaſſantes in quantũuis maximã longitudinem producere licuit.earum uero ſingulis elegantes inſculptæ ſunt litteræ:auctorẽ ut conii cimus nauis ſuum Tyberium Cæſarem Auguſtum indicantes.cenſuitq; Leo baptiſta fontis copioſiſſimi lucidiſſimiq; ad nemorenſe oppidũ ſcatentis aquas nũc molas cõuoluentes multo ipſarũ phyſtularũ ordine ad medium uſq; lacũ fuiſſe perductas: quæ ædibus inſeruirent ampliſſimis lautiſſimiſq;:quas nauibus ꝓdictis ſupimpoſitas fuiſſe tenemus. Pulchrũ autẽ & pœne mirũ eſt uidere clauos maiores æneos quibus cubitalibus nauis cõſtructa erat ita integros:ita politos:ut nup a fabri ferrarii ĩcudibus exiſſe uideant̃. Lucanus in tertio uiã ſicut ſupra diximus deſcribens: qua. C. Cæſar primũ poſt belli ciuilis initia Romã uenit:infraſcriptos uenit uerſus.q ad albani quoq; montis deſcriptionẽ ſatiſfacere poterũt.cõſtabitq; Cæſarẽ

Magnus fons.

a terracina

a terracina supra arritiam ad cinthianũ:ĩde ad montẽ albanũ ubi nunc castrũ est Gandulphũ puenisse quo de excelso monte Romã primũ inspexit. Iãq; pcipites supauerat anxeris arces. Et qua pontinã uia diuidit uda paludẽ. Qua sublime ne mus scythicæ qua regna dianæ. Quaq; iter est latiis ad summam fascibus albam Excelsa de rupe pculiã pspicit urbẽ & dixit. Te ne deũ sedes non ullo marte coacti Deseruere uiri pro qua pugnabit̃ urbe. Vltima nunc reliq̃ est nobis in hac latinoꝝ regione pars urbi Romæ tibur:anienéq; uersus ppinqua hostiis tiberinis uñ
Gallicanũ ĩcepimus e regiõe auersa.& ut eo unde nup digressi fuimus reuertamur:prænestini montis radicibus algido pximũ est Laurentii colũnæ oppidũ nũc Gallicanũ. qui ut diximus olim Gabii fuerũt uetustissimi.quos Liuius in pmo dicit fraude
Gabii. Sexti Tarqnii filii captos a Tarqnio patre.& Vergilius in.vii. Quiq; arua gabinæ Iunonis:ubi seruius exponit Gabios diu in agros moratos tãdẽ gabios cõdidisse. quãobrẽ Vergilius dixit arua non mœnia. Alibi tñ Seruius sup uerbo nomentũ
Anio flu. & gabio dicit ab albanis regibus eas conditas fuisse. & paucis milibus inde abest anio fluuius:quẽ Vergilius dicit frigidumq; aniené.habetq; originẽ a Sublaco.de quo scribit Plinius:anio in monte trebanoꝝ ortus lacus tris amœnitate nobiles: qui nomẽ dedere sublaqueo defert in tyberim. Liuius scribit Camillũ apud anienem Gallos Roma redépta exeuntes trucidasse:ubi Mãlius torq; detracto gallo
Pons mamolus. Torquatus est appellatus. Is in uia tiburtina ponte iungit̃ marmoreo maximis tñ quæ hẽre solitus fuit ornamentis pene spoliato:quẽ nunc Mamolũ appellãt. Hũc
Mámea uero pontẽ Mãmeã Alexãdri Syri ĩpatoris Romani certe optimi genitricẽ christianã mulierẽ ædificasse in Gelasii secundi põtifici Romani rebus gestis inueni
Pons numétanus. mus. Sed qs pxime illi subiectũ numẽtariæ uiæ pontẽ cõstruxerit nobis ĩcertũ est: qui certiores sumus oẽs tres anieni supĩpositos pontes a Romanis fuisse destructos qñ urbe a Belisario ĩstaurata Totilæ aduẽtum pauidi expectabãt. Secũdusq; est uiæ numẽtanæ pons & ipse licet ĩteger ornamentis q̃ maxĩa habuit spoliatus: demum tertius in uia salaria extat a Narsete eunucho duce pstantissimo ostrogothoꝝ oppressore sicut ĩcisus illi marmore titulus ĩdicat ædificatus. Ad pximaq;
Fidenæ. anienis hostia qbus in tyberim fert̃.sed ultra ipm anienẽ in Vmbria regiõe fuisse coniicimus Fidenas urbẽ uetustissimã:de qua Suetonius Trãquillus in uita Tyberii Cæsaris:fidenis casu theatri uiginti hominũ milia ĩterierunt. Cui cladi simi lem Nero sæuissimus ĩperator sui ĩperii tpibus optauit. Plinius etiã dicit in fidenati agro iuxta urbem Ciconiæ nec pullos nec nidum faciũt. & alibi Romanos accepisse lapides ad structurã ex fidenati agro circa urbẽ optimos. Et supra diximus tyberim diuidere agrũ ueniẽtẽ a fidenate mox latiũ a uaticano de hac Verg. in. vi. urbẽ fidenã. Et liuius lib. iiii. scribit. Legatis romanoꝝ a fidenatibus occisis. qa ob rẽp. occisi erãt statuæ in rostris positæ. & post fidenas ĩ ptãtẽ redactas eoq;
Via Hannibalis. colonos missos. qbus occisis fidenates cũ defecisset a. M. Aemilio dictatore uicti & fidenæ captæ ac desolatæ fũt. Facta ẽ alicubi supioribus ĩ locis mẽtio accessus Hãnibal a Capua tũc a romanis obsessa & triplici uallo circũdata ad urbis romæ mœnia. Quare libet ordine uiã repetere q̃ is uenit. Liui. lib. xxvi. primũ dicit. Q.

Fuluium

Fuluiū flaccū cos.iterū Romā Hānibalē secutum uia appeia.& Setiā Lanuuiūq; pmisisse:q cōmeatus in uia pararēt exercitu suo setiaq; & lanuuiū notissimæ sunt & supra a nobis descriptæ.Hānibalē uero dicit pter cales in agrum Sidicinum p suessulā aliphanūq; & casmatem ītetaniā ac fregellas ad Lirim uenisse.quæ loca ptim in ueteri cāpania nunc terra laboris dicta: ptim in samnitibus a nobis infra sunt īdicata.Hannibal postea Liri trāsmisso agrum psentis latinæ regiōis attigit. Prīo fregellanum:q locus licet fuerit ī samnitibus:tñ habuit agrum suū ī regiōe latina.& nunc dicit̄ pons Coruus.de quo Liuius ī.vi.Hānibal īfestius perpopulato fregellano agro pp īcisos pontes.& ī octauo.P.Plantio proculo.P. Cornelio Capula cos.fregellas Colonia deducta.Et īfra.G.Petilius dictator quom audisset arcē fregellanā ab samnitibus captā omisso Bouiano ad fregellas pgit. Vnde nocturna samnirum fuga sine certamīe receptis fregellis:psidioq; ualido īposito ī campaniā rediit. Ornataq; fuit fregellana colonia.M.Sextilio: quē Liuius dicit rndisse pro duo de uiginti coloniis:q milites prius denegatos & tributa dare promiserunt.sequiturq; Liuius ī Hannibalis itinere.Post frusinatē ferētinatē & ana gninum:q loca nunc parua noīs mutatiōe facta sunt notissima.ex anagnino aūt ī lauicanū uenit.quē locū maxima noīs mutatione facta diximus Valmontonē nunc appellari.Dicit.n.Liuius pitissime Hannibalē q eēt in lauicano agro mouisset algido:qa oppidum illud sicut nunc ē tunc etiā algido pximū ac ppe cōtiguū erat.& peruenisse tusculum:ea.s.uia qua nūc a ualmontono marinū syluis petit̄.& quia sequtur Liuius Hannibalē quom nō esset tusculi mœnibus receptus:dextrorsum descendisse gabios certissimū nobis facit quod supiore diximus loco gabios fuisse:qđ nunc est oppidū gallicanum. Quæ aūt fuerit Pupina quā post gabios accesserit ignoramus.qđ plurimas ea regio hēt oppidoɟ uillarumq; ruinas a nemine habitatas prisca quaɟ noīa nullus nouit.Sed iā magno circuitu ab hostiis tyberinis secundum maris īferi littus ad lirum siue gaurianum.& īde p marsos & mediterranea ad anienē facto ad tyberim est reditum.Quo ī circuitu oīs regio olim latina:siue ut nunc dicitur latium campania & maritima est cōclusa.

Pons coruus.

Gallicanum.

Regio quarta Vmbria siue ducatus Spoletanus.

PRolixiores fuisse uidemur tertia describenda latina regiōe q aliaɟ hñda ratio postulabat.& tñ multo pauciora q oportuit certe q uoluissemus in illa diximus:q plura hēat loca a Liuio Vergilio & a uetustissimis scriptoribus frequētata cæteris Italiæ regiōibus.Sed cū plus iacturæ in ea q ī cæterarū aliq sit factū:adeo ut nulla īcultior populisq; īfrequētior māserit breuitatē nostrā ab īueniendi ea quæ non extent īpossibilitate cō solemur.Ad quartāq; regionē transeamus:eā prisci dixere Vmbriam: nostri ducatum appellant Spoletanum.Idq; ducatus nomen primo ab exarchis Italiæ sedem Rauennæ tenentibus sicut in historiis ostendimus inditum. eā habuit uim ut a militari consuetudine tractum dignitatē nunc referat quæ post regiā est suprema. Quantis uero olim polluerint uiribus Vmbri:hinc maxime apparet q

Vmbria

Liuius in.ix.scribit umbri se urbẽ Romam oppugnaturos minati fuerunt q̃ latos aũt fines hæc regio olim hũit hinc maxĩe cõstat ꝙ Plinius dicit sextã regionẽ um/briã cõplexã agrũq; gallicũ circa ariminũ.Et eã galliæ umbroꝝ gentem italiæ antiquissimã existimari:trecẽtaq; eoꝝ oppida a thuscis qñ etruriã cœperũt debellata fuisse.Sabinos ẽt uidemus fuisse in umbris cõpræhẽsos:& umbriã ad superũ usq; nũc hadriaticũ mare ptinuisse hinc cõstat: ꝙ Trogus & magis apte Plinius dicũt

Spina.c. ĩteriisse in umbris Spinã urbẽ delphicis opibus a Diomede ædificatã:quæ hostio

Rauẽna. padi sibi pximo dedit Spineticũ nomẽ & Rauẽnam cui pxima fuerit Spina:cu/iusq; ruinis ea sit ædificata Sabinorũ oppidũ fuisse Valerius Martialis cocus poe

Fines um/briæ. ta sic docet:Mollis ut æquorea q̃ creuit spina Rauenna.Nos itaq; quom umbriæ fines latii nimis fuerint.Huius nostræ regiõis quã cõsuetudinis ĩueteratæ necessitas ducatũ spoletanũ appellare coegit fines cõstituem⁹.Appeninũ a tyberis fonte supius ĩ etruria ĩdicato usq; ad anienis fluuii ẽt apud urbẽ notissimi sinistrã ripã: & tyberim quoq; eũ anio illabit̃.Prima ex appenino ad sinistrã tyberis ptem de/

Pratolinũ scẽdẽtibus obuia sunt oppida pratolinum & mons Dolius.exinde unico a tyberi miliario abest oppidũ sc̃i sepulchri burgus appellatũ mœnibus arcibusq; q̃ttuor munitissimũ:q̃s Guido de petramala eps̃ & dñs Arretinus supiori sæculo extru/xit.Nullũ uetustatis signũ eo in loco eẽ ĩspeximus.& tñ. C.plinii nepotis epistola legẽtes in qua uillã suã ad radices appenini & ppe tyberim amnẽ describit thea/tralẽ sicut ipse dicit mõtiũ in circuitu positoꝝ aspectũ hoc in loco esse deprehẽdimus:ut in eius uillæ ruinis pma dicti oppidi fundamenta fuisse iacta credamus. Ornat̃ ãt nũc id oppidũ malatesta cataneo iurecõsultissimo:quẽ nõ magis camertinoꝝ cui pest ecclesia:q̃ uitæ ĩtegritas sanctimoniaq; cõspicuũ reddũt. Infra ty/

Tifernum berim ẽ Tifernũ ciuitas castelli dicta:q̃ nũc ciue ornat̃ præstãtissimo Nicolao uitellio equestris ordinis:quẽ studia hũanitatis & mores ĩgenui apud quartũ Eugeniũ pontificẽ præstantissimũ imbibiti clarũ reddũt. Ab eaq; urbe plinius maior in naturali historia dicit Tyberim ratibus romã usq; nauigabilem fuisse.Incipit eo in loco Tyberis q̃ longe ab Appenino recedere:ut quãto magis urbi romæ ap/propinquamus:eo magis nostræ regionis distãtia amnẽ ipm montẽq; intercedat:

Eugubiũ distatq; a Tiferno uiginti milia passus Eugubiũ ciuitas ad appenini radices sita: quæ uetusta romanæ ecclesiæ iuris a Federico gubernat̃ comite montis Feretri: quẽ rei militari cũ gloria deditũ lr̃æ & prudẽtia plurimũ ornãt. Supra Eugubium

Brancha, castella sunt Brãcha:deinde Schigia:quo tramite facillimus est p uiã olim flamĩ

Schigia, niã appenini in Romãdiolã trãsitus. Et a schigia secundũ appenini latera hanc ĩgredienti puinciã obuuium fit Costaciariũ eugubini agri oppidũ:deinceps est sigillũ perusinoꝝ:ĩter q̃ duo oppida fluuius orit̃ Chiesius:q inter eugubinos assi/

Chiesi⁹ fl. sinatesq; montes delapsus fert̃ sub Chãnaria oppido in pximũ amnẽ tiniũ:siue ut nũc dicit̃ Topitiũ.Post signũ est Fossatum arduo in appenini colle castellum.

Fossatum, oppi. Et q̃rto inde miliario abest Vallidũ:cui Gauldũ dicũt. quod oppidũ in ciuitatis a lõgobardis subiecto ĩ cãpo excisæ locũ fuit ædificatũ.paruusq; torrẽs a Vallido

Vallidum breui cursu labit̃ in Chiesiũ:p cuius amnis alueũ uenĩẽtibus Ancona Piceniq; re

gione p

gione per fossatū Vallidūq; qui ex fabriano traiecerunt appeninū iter est Peru/
siam. Ft medio itinere Casa castalda oppidū arduo in colle chiasio īminet. dein/
ceps in Planellū uicū campis adiacentē uia continuatur quousq; ad Patullorum
siue uallis Cippi siue sancti Ioānis uicū pontibus Tyberis transmittitur. Post ual
lidum recedere ab Appenino oppida incipiunt: primaq; est Nuceria ciuitas co/ Nuceria
gnomine alphatenia uetusti nominis. de qua Liuius cos. pfectus ad Nuceriā al/
phateniā oppugnando ad deditionem subegit: estq; ad teniū amnē nunc Topi/
num posita: secundū cuius alueum ingentes cernuntur moles sternenda uia olim
flaminia iactæ. Iturq; illac duodecimo miliario Fulgineum: per quā is amnis de/ Fulgineū
fluit ciuitatē: quæ suffecta fuit foro flaminii uetustæ urbi a longobardis propin
quo in loco ad annū nunc septingentesimū funditus excisæ. Fuisse tamē legimus
uetustis tēporibus alios in umbris fulginates ab hoc loco remotissimos qui apud
Tudertinos habitasse uidentur: eosq; crediderim ad hāc inhabitandā urbem no
uam populariter cōmigrasse. Ornata uero fuit Fulginei ciuitas patrū nostrorum
memoria Gentili medico sui sæculi celeberrimo. Est apud fulgineū planicies to/
tius umbriæ amplissima pariter & amœnissima: in qua sunt quinto ad fulginei
dexterā a miliario Pellium ut appellat Plinius. & ut nunc dicitur Spelium uetu/ Pellium.
sti nominis oppidū. Deinde pari pœne spacio Assisia arduo in colle sita ciuitas ue Assisia.
tustissima passus tria milia a Classio recedens: seraphicoq; Frācisco cuius seruat
reliquias ciue & eius templo omniū Italiæ ædificiū magnificentia celeberrimo or/
natissima: quā Propertius poeta Axim appellat: innuitq; construendo eius urbis
muro consilium attulisse his uersibus. Scādentisq; axis consurgit uertice muros.
Murus ab ingenio notior ille tuo. Tennius siue Topinus amnis quom ad Canna Topinus
riam oppidū Chiesio iunctus est: suū amittit nomē. & deinceps Chiesius appella flu.
tus Bettonio oppido a libertate diu seruata insigni ad sinistrā relicto apud Tor/
sanū oppidum labitur in tiberim: nec ullo tiberis præter narem anienēq; maiore Bettoniū
auget fluuio. Ad alterā uero Chiasii partē multa sunt Perusini agri oppida: quo Torsanū
rum Fracta tiberi est cōtigua. & interius est montonū Braccio rei bellicæ præstan/ Fracta.
tissimo duce illustratū: a quo braccianorū sectam factionemq; habuimus: in qua Montonū
magnæ per ætatē nostrā celebritatis fuerunt Nicolaus piccininus: & postea Fran Braccius.
ciscus filius: fuitq; pariter Nicolaus Braccio ex Stella sorore nepos. Supersunt
etiā Carolus braccii & Iacobus Nicolai piccinini filii: quoꝝ ille aliquas: hic ma/
gnas in Venetorū exercitu copias ducunt: maximo exinde pressi onere q̄ pater/
næ uirtutis & potentiæ eorū uterq; exemplar ad imitationem propositum habeat.
Supra Fulgineum ad sinistram arduo in colle: qui tamen longe appenino abest:
Triuiū est. cuius oppidi & situs & nomen faciunt ut credā hunc esse locū de quo Triuiū.
scribit Seruius in expositione Vergilii super uerbo oliuiferæq; mitustæ. Dicit enī
hæc Treuia postea dicta est quā modo Trebulā dicunt: de qua Martialis coccus Trebula
poeta: Humida qua gelidas submittit trebula ualles. Et uiridis cancri mensibus
alget ager. Et quidē hoc Triuiū est nunc ualde oliuiferū: & in sabinorum uetustis
finibus sitū: sicut mitustas fuisse scribit Vergilius: e regione aūt triuii amœno in

Falcum. colle falcū eſt oppidū:haud quāquā uetuſti nominis:ſed populo frequentatum.
Meuania. Ad colliſq; illius radices in uia olim flaminia eſt Meuania:de qua Liuius ī.ix. De
cimus coſ.magnis itineribus ad Meuaniam ubi tū copiæ umbroꝝ erant perrexit.
fuitq; id oppidū ciue ornatū Proptio Aurelio nauta:q de ſe ipſo ſcribit ad Tullū
libro.i.monobiblos uel ut Nonio marcello placet libro elegiarū.Proxima ſuppo
ſito cōtingens umbria campo Me genuit terris fertilis uberibus.Idēq; in elegiarū
quarto: Vmbria te notis antiqua penatibus edit: Mentior:an patriæ tangitur ora
tuæ.Qua nebuloſa cauo irrorat meuania campo:& lacus æſtiuis intepet umber
aquis.Scandentiſq; axis.& cætera:poſtq̄ uero Proptii teſtimonium de ſeipſo attu
limus aliū umbriæ poetā dare uolumus ignotæ nobis ſicut & ipſi Propertio fuit
patriæ:nā in eodem elegiarū.iiii.ſic dicit. Vt noſtris tumefacta ſupbiat umbria li
bris: Vmbria romani patria Callimachi.& Lucan⁹ ī pmo.Eſt q tauriferis q̄ ſe me
uania cāpis.Explicat:audaces ruere in certamina turmas:planiciei itē quā hoc in
Spoletum loco ampliſſimā eſſe diximus poſt Triuiū imminet Spoletū:quā ciuitatē Liuius
libro uigeſimo Coloniā a romanis deductā fuiſſe ſcribit.& libro.xxii. Hanniba
lem dicit poſt trāſumeni pugnā recto itinere p umbriā uſq; ad Spoletū peruiniſſe
inde cū depopulato agro urbē adorſus eſſet expugnare cū magna cæde ſuoꝝ re
pulſum cōiectantē ex unius coloniæ haud pſpere tentatæ uiribus quanta moles
Romanæ urbis eſſet in agrū picenū cōuertiſſe exercitū:& libro.xxiiii.Idem Liui
us prodigia unius tempeſtatis enumerans narrat. Spoleti tunc ex muliere uirum
factū.Euſebius autem dicit Meliſſum ſpoletanū grāmaticum inſignem Spoleti
natū fuiſſe.Martialiſq; poeta uinū laudans ſpoletinū ſic dicit. De ſpoletinis quæ
ſunt carioſa lacunis Malueras q̄ ſi muſta falerna bibas.Et nos hiſtoriarū.xii.oſtē
dimus Theodericū regē primū Gotthorū ſpoleti ampliſſimas ædificaſſe ædes.
& alios qui ſucceſſerunt Gotthos deſtruxiſſe Spoletū mœnibus euerſis:quā Nar
ſes eunuchus refici curauit.Ea ciuitas ubi ſtāte Romanæ eccleſiæ fœlicitate thea
trum fuit.arcē habet omniū Italiæ munitiſſimā:& quæ ædificioꝝ pulchritudine
nuperrime ornatiſſima eſt reddita.Nuceriæ ciuitati & pterlabenti tennio ſiue to
pino amni ac Fulgineo treuio & ſpoleto adiacent atq; imminent colles monteſq;
altiſſimi:pluribus tamen uallibus torrentibuſq; inter ſe diuiſi:ut ab ampliſſima q̄
deſcripſimus planiciæ ſpoletana ualle appellata ad appeninū magna ſit diſtātia:
caſtellis:oppidis:ciuitatibus uicis & uillis etiā uetuſti nominis habitata: quæ alte
ra pœne regio ſed montoſiſſima poſſit appellari. Primū his in mōtibus ſupra ful
Caput aq̄ gineum eſt caput aquæ caſtellū a ſcaturiēte ibi celleberrimo fonte dictū:qui fons
Collis flo amnem efficit breui curſu tenuium adaugentem. Supra eſt collis Floridus:itē ca
ridus. ſtellū lacui adiacens parū amplo:& caſtelli ipſius nomine appellato:quem paruu
lus riuulus pp̄e fulgineū exonerat in Topinū imminentq; undiq; lacui montes
Serauallis. altiſſimi in quibus ſanctæ notoriæ notius eſt oppidū camertinis ſubiectū. Et per
collē floridū itur ad arctiſſima appenini clauſtra p quæ Serauallis appellata Ca
Camerinū merinū petit̄ ciuitas uetuſtiſſima in piceno a nobis poſt hac deſcribēda:quāquā
Serauallis prima domus tectum habet:cuius anterior pars in umbros:in picentes
poſterior

posterior a quã pluuiã dimittit. Subest colli in quo Triuiũ esse diximus plucidus fons tantã subito euomens aquã ut intra stadii unius cursum efficiat fluuium:q infra fulgineum labit̃ in topinum. Est uero is amnis clitũnus. de quo Vergilius ĩ georgicis. Hinc albi clitumne greges & maxima thauri. Victima sæpe tuo perfusi flumine sacro. Romanos ad templa deum duxere triumphos. Quod uero Verg. supradictis in uersibus innuit. Plinius diffuse scribit eã orã thauros gignere oĩum Italiæ maximos: in quis plurimi sint albi. unde Lucanus supra ostendit. Meuaniã secus quã clitumnus labit̃ in topinum esse in campis thaurensis. & Proptius itẽ post superius ab eo scripta de meuania addit: & pecus & niueos abluit unda boues. Triuium ĩter & Spoletum multa sunt spoletinoꝝ castella quosq; montes ar duos penetrãtes ceretũ: & subiectum illi pontẽ oppida ĩueniunt: quoꝝ ꝑmum in famis quæstus populo frequentat̃: q omnẽ pœne europã illi peragrãtes diuersis ad fallendos homines suæ miseriæ fuitq; religiosi alicuius instituti ꝑtensis colori bus stipẽ mendicando petunt: & diuitias inde multas accumulant. & eo usq; gentis illius cessit infamia: ut queãdmodũ a gnatone adulatores gnatonici: sic ab hac gente ĩportuni inuerecundiq; petitores ceretani ubiq; per Italiam uocitent̃: quæ ignominia ꝑ italos pœne oẽs ne europã & alios ducatus Spoletani incolas per Italiã inquinet publico ro. pon. edicto inhibitum ẽ ceretanis ne ultra mẽsem iniussu prætoꝝ domo absint. Pontani uero licet a cereto originẽ ducant aliquot uiros per ætatẽ nostrã doctissimos habuerunt: inter quos Ludouicus iurecõsultoꝝ consultissimus fuit. & ex eadẽ cognatione ac ꝓfessione Paulus romæ cõsistorialis aduocatus celeber habet̃. Magnæ etiã indolis prædictæ succrescit pontanæ genti adolescens Iouianus: q iambico uersu & scribẽdis elegiis assiduo deditus studio Propertii & Callimachi contribulũ: aut uicini Ouidũ: aut quẽ magis imitat̃ Catulli Veronensis laudibus mĩsurus uidet̃. Pontẽ oppidũ a ponte dictũ narem ibi prope fluuiũ iungente prætergressi ad sextũ miliariũ inueniunt Cassiam noui nominis oppidũ: sed populo frequẽs ac libertate cõspicuũ quod fluuius attingit. Coruus apud altissimũ regionis montẽ: q & ipse coruus appellat̃ oriundus. & in narẽ fluuium apud Tripontiũ castellũ defluens: cuius castelli iurisdictiõis possessionisq; cã nursini spoletiniq; crudelissima inter se ꝓximis tpibus prœlia commiserunt: in quibus capti superatiq; concertatoris sanguini & uitæ nullus pepercit. Septimo a Cassio miliario arduos inter montes uallibus trĩ cũ amplis: tum ẽt amœnis distinctos esse Nursia urbs uetusta: quam Liuius libro. xxx. dicit dedisse milites publio Scipioni armãda classe quã in aphricã duxit: paruusq; illius mœnia attingẽs torrentulus medio inter cassiã & narẽ tractu illabit̃ coruu amnem. Vetustum uero a scriptoribus celebratũ est nursiæ nomẽ: quod quidẽ oppidũ libertate: sed imprimis beato Bñdicto monachoꝝ patre alũno clarissimũ: priorẽ tpe Benedicto sum mũ genuit uirũ. Quintũ Sertorũ nulli romanoꝝ ducũ uirtute secundũ. Seruius grãmaticus in Vergilii expositione ubi uerba sunt quos frigida misit Nursia sic dicit. Ciuitas frigida re uera aut certe uenenosa noces: nã ubiq; in cõcionibus suis Gracchi nursinos sceleratos appellauerunt. Seruius uero uidet̃ situm eius oppidi

Glitũnus. Ceretum. Pons op. Pontani Pons op. Tripontiũ Nursia. S. Benedictus.

ignoraſſe:nãq; poeta excellẽtiſſimus q̃ oĩa & in primis hiſtoriã ac Italiæ regiones peritius noſſet q̃ Seruius:frigidã dixit nurſiã:nõ qa ſceleratos cum ſceleratis grac chis nurſinos indicauerit eſſe:ſed qa altiſſimis frigidiſſimiſq; nurſia mõtibus cin geret:quod d.n.ipſe docet effectus nurſia gignit uiros quoꝝ qui inferioris uidẽtur eſſe cõditionis non magis pite & induſtrie aratrũ & ligones ſiue fibulã & forfices q̃ reip.ad quẽ ſedent clauũ tractare nouerunt.& digniori in ciuiũ cœtu multos ui dimus:plures audiuimus litteris ornatiſſimos:qualẽ hẽt ætas noſtra Bñdictũ re guardatũ:q originẽ ſicut & nomẽ referens in beati Bñdicti ꝓgeniẽ uir ẽ:nõ magis philoſophiæ & phyſicæ qbus claret artibus q̃ prudẽtia & cõſilio excellẽs:nurſinũ multas gignere rapas Martialis ſic indicat:nurſinas poteris partius eſſe rapas. Eſt

Coniſſa — ſupra Caſſiã decimo miliario Coniſſa noui noĩs oppidũ ſed populo ut ĩde mõto ſiſſimis frequentiſſimũ.Et hæc qdẽ in ea montiũ pte q̃ ſpoletũ e regione reſpicit

Viſſium — citra narẽ Viſſiũ eſt uetuſti noĩs oppidũ uiginti paſſuũ milibus a Cereto:& ſub ipſi pœne appenini iugis remotũ uiſſii mœnia abluit nar fluuius:de quo Vergi.

Nar flu. — Sulphurea nar albus aq̃:ortũ ſuũ ſuperiori in appenini iugo hñs.Eſt amnis ipſius origo ea rõne memorabilis quã ſicut a maioribus tradi uidemus & uis ipſa uerbi ſignificat:fons geminus fluuiũ inchoãs ex duobus manat orificiis nariũ aĩalis cu iuſpiã ſpẽm ĩ ſaxoſi mõtis capite imitãtibus.Ad hãc naris ripã deſcẽdẽtes quom

Schizinũ — Ceretũ Pontũq; oppida ꝑtergreſſi ſunt Schizinũ inueniũt oppidũ ſex a Spoleto milibus ſemotũ:ubi Sublicẽs pons Narẽ iungẽs iter ſpoleto ad montẽ Leonẽ op pidũ Caſſiãq; & Leoneſſam ac ad caſtella circiter octo mõaſterii ferẽtili ꝑbet. Et ĩferius narẽ ꝑiter iũgit pons lapideus ad oppidũ haronẽ: ĩfra qd oppidũ fluuius. Nar uelini amnis lacuſq; caſu mirabili adaugetur.Is amnis Velinus in appenino

Ciuitas re galis. — binos hẽt fontes.ꝑmũ remotiuſq; apud oppidũ ciuitatẽ regalẽ appellatum:& alte rũ apud Interdochũ oppidũ.delapſuſq; ad ciuitatẽ reatinã uelinus ĩterſecat pœ ne mediã:de q̃ Liuius lib.xxxi.aduẽtũ Hãnibalis ad urbẽ Romã deſcribens Cœ

Reate — liũ dicit ſcriptorẽ iter ab reate & cupiliis ordiri.Ea ciuitas ſicut recte opinari ui deor Veſpaſianũ genuit & Titũ ac Domitianũ filios ĩpatores ro. qñquidẽ uicus

Phẽne — phenne a quo ipſi duxere originẽ:nõ ſolũ in reatino agro ſed reati ꝓpinquum eſt. Dicit tñ Suetonius a quo hæc ſumpſimus qhenne uicũ modicũ in ſamnio eſſe: ſicut iure optimo reatina ciuitas eſt ponẽda:q Thomã nunc hẽt morronũ eloquẽ

Velinus amnis. — tia & ſingulari memoria ꝑditum.Progreſſus paruo ab reate ſpacio uelinus amnis & multis riuulis & fõtibus:quoꝝ unũ neptunini appellatũ dicit Pli.alio atq; alio exoriri uelinũ facit lacũ:nũc a pede luci ꝓpinquo oppido uocitatũ. Pnus uero q̃ in lacũ tot colligant aq̃ paludes efficiũt:ĩ qbus tñmõ ſcripſit in admirãdis Cice

Vmbilic⁹ Italiæ. — ro ungulas iumẽtoꝝ ĩdurari.In eo aũt lacu Italiæ umbilicũ eſſe.M.Varronẽ ſcri pſiſſet refert Plinius.Decidit aũt eo ex lacu in narẽ idẽ fluuius alta rupe ĩ quo exi to ſaxum creſcere dicit pli.Sonitũq; facit is fluuii ĩ narem amnẽ caſus q̃ decimo exaudit miliario:quom tñ eũdẽ ob caſum fumus aſcẽdat ꝑpetuus aerẽ ĩ ſublime obnubilans & ſpumans:quom in fundũ cadit aq̃ ſcintillas exilere facit:q̃ apud ĩ teramniam ſexto diſtantẽ miliario cõſpiciuntur. Vergilius in ſeptimo. Eſt locus

heſpe riæ

hesperiæ medio sub montibus altis. Nobilis: & fama multis memoratus in oris: Ansancti ualles: dẽsis hunc frõdibus atrum. Vrget utrũq; latus nemoris medio q; fragosis. Dat sonitum saxis & toto uertice torrẽs. Hic specus horrẽdum: & sæui sp.racula ditis Mõstrãt: ruptoq; ĩgẽs acherõte uorago. Pestiferas apit fauces. & cætera. Seruius sic exponit. Hunc medium cosmographi dicunt. Est aũt in latere cãpaniæ & appuliæ iuxta Venusium ubi hirpini sunt: & hẽt aq̃s sulphureas. iõ grauiores qa ambit sylu is. ideo ibi dicit aditus infernoꝝ q grauis odor iuxta accedẽtes necac: adeo ut uictimæ circa hunc locum nõ ĩmolent sed odore perirent. ad aquam applicatæ hoc erat genus litatiõis. Sciendum est tñ Varronem enumerare quot loca in Italia sunt eiusmodi: uñ Donatus dicit Lucaniæ eẽ q describit locus a poeta fluuiũ qui color uocat quod adeo nõ pcedit: quia cum Italiæ medio sub montibus altis hoc nisi ad totã Italiam referas non procedit. & si non est in ualle Italiæ montosa. Nam in hoc loco mõtes penitus nõ sunt. Seruius aũt cuius sunt pdicta uerba non minus a me q̃ Donatus ab eo reprehẽdi põt: qa iuxta uenusium nõ est Italiæ medium. Sed in hoc lacu uelino sicut a Marco uarrone habet. Et licet uenusii locus nobilis sit & hẽat circa ualles sanctas. s. fertiles tñ non habet mirabilem fertilitatẽ: quã hic habuit uelinus qñ a principio fuit exsiccatus. Nã ipse idẽ Seruius uerba uergilii alio in loco exponens Rosea rura uelini dicit lacus iuxta agrũ qui Rosulanus uocat. Varro tñ dicit lacum hunc a quodã cõsule in narem fluuio deriuatũ: post qđ tanta est cõsecuta fertilitas: ut pticæ longitudinẽ altitudo superaret herbaꝝ. qn ẽt per diẽ quãtum demptum esset tñ per noctem cresce bat. unde plinius libro. viii. Cæsar uopiscus quom causam apud censores ageret: cãpos Rosiæ dixit Italiæ sumen esse: in qbus pticas pridie defectum gramẽ operiret. Dicit ergo notanter Vergiliũ significasse hãc soli fertilitatẽ per uerbum Ansancti: quod ipse Seruius exponit omni ex parte sancti. & quom cætera cõgruant medium Italiæ altitudo montium casus fluuii & lacus q speciẽ præ se ferat spiraculoꝝ sæui ditis: esse hunc uelini casum in narẽ locum Italiæ medio a Vergilio de scriptũ ostendunt. Interãnia est prima in ordine supiore. post Spoletũ ciuitas uetusta: quã Liuius libro uigesimoseptimo dicit unam fuisse ex coloniis Romanis duo de uiginti: quæ difficillimis per Hannibalis præsentiã romani populi rebus militiã & collationẽ tributoꝝ detractauerunt. Cuius prata dicit Plinius quater in anno irrigua secari & non irrigua ter. quod naris illam circũeuntis uicinitas. effi cere uidetur. Ornatur ea ciuitas Ioanne Macincollo cameræ apostolicæ auditore legũ ac bonaꝝ artiũ studiis decorato. Prius uero q̃ ad naris fluẽta ulterius psequamur: omissa secũdũ tyberim repetamus. postq̃ amnis chiesius in tyberim est delapsus pmũ adiacet haud pcul tyberi oppidũ diruta populo frequẽtatũ. Deinceps Ameria ciuitas uetustissima. nã Marcus Cicero sicut refert Plinius eã ãn persii bellũ annis nongẽtis. lxxiiii. conditã prodidit. Vergilius in bucolicis: Amerina retinacula. & Seruius exponit. Virgas qbus uites ligantur quæ uirgæ abundant circa ameriã fuitq; roscio olim ornata ciue quem Marcus Cicero parricidii accusatum contra Syllæ dominantis potentiam defendit. patrem enim Roscii

Interãnia

Diruta

Ameria

hominē locupletem & bonū: sed magis q̄ par esset erga filiū in clamentem clam occiderūt quidā. filiusq; p occasionē discordiarū quasi paternæ cædis auctor ab hisdē interfectoribus accusabat. pda ad Grisogonū quendā Lucii Syllæ satellitē redibat. nemine itaq; ob Syllæ metū audente defensionē suscipere innocentē bonūq; adolescentē defendit Cicero: qui in Syllano exercitu militauerat. Fuitq; postea Roscius tantæ in histrionia excellentiæ: ut Cicero & cæteri florētissimæ illius ætatis uiri recitantē sedulo audirent: qui adeo doctus fuit: ut librum scripserit in

Tudertū quo histrioniā eloquentiæ cōparauit. Interius est Tudertū ciuitas uetusta: siue ut Plinius appellat tuder tertio Martino pon. ro. ciue ornata: cui multa subsunt oppida & castella tyberis ripas & colles montesq; adiacentes cōplentia: sed minime digna: q̄ describendo singulariter psequamur. Proxime uero illis atq; ēt Interāniæ nisi medius interesset nar est sanctus Geminus pstans in regiōe oppidū. Abest In

Narnia. terānia sexto miliario a Narnia arduo in colle sita a pfluenti nare dicta: quam Liuius & Plinius Nequinā fuisse dictā affirmant una coloniaꝶ: q̄ Hannibale Italiā pmente militiā & collationē tributorū detractauerūt: in cuius agro dicit Plinius scripsisse in admirādis Ciceronē terrā esse ex qua siccitate lutū fiat imbre puluis. de qua Martialis sic dicit: Narnia sulphureo quam gurgite candidus amnis: Circuit ancipiti uix adeunda iugo. Quæ pontē habuit supbissimi operis nunc dirutum: de quo Martialis. Sed iā parce mihi nec abutere Narnia q̄nto. Perpetuo liceat sic tibi ponte frui. Ea ciuitas uetustissima ciuili diuisione alias per ætatem nostrā: sed magis magisq; pximo tēpore lacerata: horrendas suoꝶ mortes uidit: quæ Gattamelatā genuit clarissimū belli ductorē. & nunc Berrardū habet Spoletinū epm ciuilis & pontificii iuris excellentia celeberrimū. Septimo inde abest miliatio

Ocriculū in uia itē flaminia Ocriculū uetusti nominis oppidū: ultra quod sabinæ fines tyberim attingunt. Liuius in nono: Ocriculani sponsione in amicitiam accepti: & ī xxii. dicit Fabiū dictatorē uia flaminia pfectum obuiā cōsuli exercituiq; quom ad tyberim circa octiculum conspexisset agmen uiatorē misisse: qui nunciaret ut sine lictoribus ad dictatorem ueniret. Igitur a uelino lacu repentes omnē ex ueteri umbria nobis reliquā regionē ea quæ ipsum uelinum & reatinam urbem: tyberim anienē flumina ad lacū marsoꝶ interiacent explicemus. Maximus aūt is est montium & cāpoꝶ globus: & quē nec incolæ satis norunt: in quo multa fuerunt prisci uocabuli loca quæ psentibus conferri nequeunt: tum quia interierunt: quædam tum quia incōpræhensibilis mutatio in aliis est facta. Erant aūt olim hæc oīa sabinæ loca regionis omniū Italiæ uetustissimæ. Nā uidemus Vergiliū dicere ante inditū nomen Italiæ oenotros illā coluisse & oenotriā fuisse constat sabinoꝶ tractum. quod docet Seruius. in. vii. sup uerbo oenotria tellus. Romanos etiam originē habuisse a sabinis p raptū mulieꝶ cōstat. Vnde est q̄d dicit Vergilius. in pte est data Roma sabinis & factū īter Romulū & Titū Tatium fœdus p quod recepti sunt in urbē sabini ea lege ut in oībus eēnt ciues romani nisi in ferendis suffragiis. Nā magistratus nō creabāt. Dicimus ergo fuisse in sabinoꝶ mōtibus q nūc reate & inter sabinā psentis tēporis regionē altissimi cernunt. Tetricæ horrentis rupes

montēq;

monteq; seuerum & casperiam ac forulos ciuitates. Fuerunt etiam arcades genus a Palante pfectū: qui regē Euandrū comites sunt secuti: & Imela fluuius. His ge/neratim dictis notiora particulariter explicemus. Primū est Auelini in narē casu Sabinos nostri tpis petētibus colles Scipionis oppidū populo frequētatum. Post mons Bonus & teranū castella fluuiolo ppinqua: qui nunc noīe carēs Imela fuit ex montibus oriundus: quos Vergilius supra docuit casui uelini in narē īminere & inter ocriculū ac malianum cadēs in tyberim. Ab ipso aūt Imēle ortu apud pe/delucū montes incipiūt. qui sinistra ciuitate reatina ppetuo in meridiē cursu cō/tinuari sempq; crescentes: & quam lōge ab appenino recedentes æquicoloꝝ olim nūc Taliacotii mōtibus pxime adhærēt tyburq; ferent: quos quidē montes si ue tustiora quærimus arcades incoluerūt. & tetricæ horrentis rupes monsq; olim se uerus: mons sancti Ioānis nūc & mōs niger dicunt. Supraq; eos dextrorsum est oppidulū caput farfari dictum: q eo in loco farfarus amnis hēt originē: qui fama notissimus Sabinā regionē pſentis tpis mediā diuidit. Imele aūt sinistrorsum est ppinquum Villæ nūc oppidū Vacunna appellatū: cuius meminit Horatius ad Aristū. Hæc tibi dictabā post fanum putre uacunnæ. Acronq; exponit uacun/nā apud Sabinos plurimū cultā. quidā Mineruā: alii Dianā putauerunt. nōnulli uenerē. Sed uarro reꝝ diuinaꝝ primo uictoriam esse ait q ea maxime hi gaudent qui sapientiæ uacāt. Imele uero dextrorsum īminet Mallianum ciuili cultu habi tatum & primariū hoc tpe regiōis Sabinæ oppidum. Post arduum montē in quo mallianū est descendētes in Sabinæ mediterranea uallem inueniunt ut in monto sa regione amplā in qua Imele fluuio proxima est sanctæ Mariæ sanctiq; Eutimi ecclesia Sabinæ regionis epm cui dextrorsum adiacet oppidum turres pro curri/bus uetustissimis Nūmæ Pompilii patria appellatū. Beatus. n. Gregorius in regi/stro scribit. Gratioso epo numētano curā gubernationēq; sancti Eutimi ecclesiæ curium in sabinoꝝ territorio cōstitutæ tibi puidimus cōmittendā. Nomentum nāq; regioni sabinæ ad hāc urbi Romæ cōterminā partē continet. quā urbem Se neca epistola qnta supra centesimā dicit aerē habere insalubrē: unde nunc peni/tus derelicta est. Martialis aūt cocus poeta quom uillam ibi possiderit eam sæpe/numero laudat. Nomentana meū tibi dat uindemia bacchū. Si te quintus emat cōmodiora bibas. Et de rosa tractans sic habet. seu tu pæstanis genita es: seu tybu tis aruis. seu rubuit tellus thuscula flore tuo: seu prænestino te uillica legit in hor to. seu modo cāpani gloria ruris eris. Pulchrior ut nostro uideare corona sabino. De nomētano te putet esse meo. nomētūq; ciue ornatū fuit præstanti Crescentio qui dignitatem consularē Eugenii. iii. & qndecimi Ioānis pontificū Romanorū tpibus omniū ultimus resumere: ac aliquādiu retinere est ausus. hūicq; pro arce hadriani molē ab ipso postea castrū Crescētii appellatā. Supra cures sinistrorsum in mōtibus sunt castella stronconū. mons Caluus & sanctus Petrus. inferius ad dexterā Cotanellū. rocha antiq & aspa secus quā torrēs labit calētinus breui cur su in tyberim cadēs. cotanellū ēt & Rochā antiquā supeminēt colles ardui: ultra quos buccinianū est oppidū sancti Petri. Inter. Calentinū ēt & mallianū oppidū

Auelini colles.
Tetricæ ru pes.
Caput far fari.
Vacūna
Mallianū Sabinæ
Turres op.
Nomētū.
Rosæ.

sunt castella collis uetus.Stemiliana.Furanũ.Gabinianũ.transmissoq; calentino castellũ est in colle poggiũ mirtetũ:cui torrentulus adiacet riuus solis dictus.uideturq; is esse quẽ Horatius in primo epl'arũ sic describit.Me quotiẽs reficit gelidus digẽtia riuus.Quem mandela bibit:rugosus frigore pagus. Quid sentire putas.qd credis amice pcari.& Acron exponit:Mãdela pagus ĩ Sabinis ubi riuus digentia.supraq; eius riui fontẽ dextrorsum est.Mõtopolis oppidũ publicam cuius areã ĩnatũ ferrei coloris obdurũ sternit saxũ.dedit uero Mõtopolis magnũ huius sæculi sabinis ornamẽtũ Petrum odũ:qui grãmaticus Romæ celeber nasonianã flaccianãq; simul in omni carminũ gñe facultatẽ facilitatẽq; est nactus.Sequitur ad Tyberim farfari amnis hostiũ:fuitq; is fluỹ priscis tpibus farfar & fabaris appellatus.Nã Seruius dicit fabarim eẽ fluuiũ q p Sabinos transiens & farfarus dicit':unde Plautus dissipabo te tanq̃ folia farfari.Ouidius uero.Et amœnæ farfaris unde:put certe nũc ẽt sũt amœnissimæ.lõgissimo.n.tractu postq̃ farfarus mõtes reliqt p plana labit' culta opacis undiq; tectus arboribus.qua quidẽ ĩ amœnissima planicie monasteriũ ipsi fluuio dextrorsum ĩminet amplissimũ farfense appellatũ castella ad decẽ possidẽs:quorũ primũ fara dictũ colli impositũ est monasterio ĩminẽti.Et illi dextrorsum adiacet oppidũ poggiũ curtesii a curtesio amne subtus delabẽte uocatũ.quẽ qdem fluuiũ alliã psico noĩe dictũ fuisse cõstat.Farfensi etiã monasterio dextrorsum ĩminet Nerula oppidũ nobile.Supius sũt Scãdrilia.Tophia.mons sanctæ Mariæ.fraxũ.poggiũ.Donadeũ.salixanũ.poggium maiani.hæc uero uallis quã farfarus efficit tam multis habitatam castellis illa eẽ uidet' in qua Horatius uillã hũit.Mõtes.n.quos a pedeluco tybur usq; cõtinuari ostendimus:hac sola ualle interrũpunt'.Horatius ad Quintũ.Scribet' tibi forma loqciter & situs agri.Cõtinui montes ni dissotiet' opaca ualle.Sed ut uenies dextrũ lacus aspiciet sol.leuũ descendẽs curru fugiente uaporet.Temperiem laudes. Quid si rubicũda benigni corna uepres:& pruna ferant.& quercus & illex multa fruge pecus:multa dominũ iuuet umbra.Scribit ẽt Horatius in pmo carminũ de eodẽ sic. Velox amœnũ sæpe lucratilẽ mutat lycæo faunus:& igneã defendit æstatẽ capellis usq; meis pluuiosq; uẽtos.Et Acron exponit lucratilẽ esse montẽ in sabinis:ex eaq; uilla uinũ fuit uillæ:sicut in frigidis locis nasci uidemus.quod Horatius mœcenati misit cũ his uersibus: Villæ potabis modicis sabinũ cantaris græca quod ego ipse testa conditũ leui.Datus in theatro cũ tibi plausus.Erat etiã in huius uillæ agro sylua:de qua Horatius carminũ itẽ pmo sic scribit. Nãq; sylua lupus in sabina dũ meã canto lalagen.& ultra terminũ curis uagor expeditus fugit inermen.fuitq;.Horatio tam grata hæc uilla ut carminũ tertio scribat: cur ualle pmutẽ sabina diuitias opesiores.& infra eiusdẽ uillæ fõtẽ sic laudat:O fons blãdusiæ splẽdidior uitro.Dulci digne mero ñ sine floribus cras donaberis hædo & infra.Te flagrãs atrox hora caniculæ nescit tãgere.Tu frigus amabile fessis uomere thauris.pbes & pecori uago. Fies nobiliũ tu quoq; fontiũ.Me dicente cauis ĩpositã ilicẽ saxis unde loqces lymphæ desiliunt tuæ.Vt nõ sit mirãdũ si Horatiũ ad hãc ueniẽs uillã fidẽ amico fefellit sicut his uersibus. Quinq; dies tibi pollicitus

me rure

Mandela

Digẽtia

Mõtopolis

Farfarus flu.

Poggiũ op.

Nerula.

Scãdrilia

me rure futurū.sextilē totū mēdas desideror.Sequunt̄ ad tyberim fluuii curresii
siue alliæ hostia:ubi sabinæ regionis olim finis erat & crustumii incipiebant: quo
rū populorū locorūq; appellationē pli.scribit.xvi.ab urbe Roma miliario post sa- Venientes
binos inchoasse.& ueientes ab ipsis crustuminis e regione positis ibi fuisse diui-
sos.unde mons rotūdus ursinæ palūbaria sabellæ familiarū urbis romæ patritiaꝝ
oppida ut in regiōe opulētissima i crustumeriis annumerāda erūt. Allia uero flu-
uius est de quo Vergi.Quosq; secās infaustū interfluit allia nomē.& seruius ex-
ponit: Allia fluuius haud longe ab urbe est iuxta quē galli Breno duce.xv. calen. Allia flu.
Augusti deleto Romanoꝝ exercitu postridie deleuerūt urbē.Quā historiā Liui⁹
in sexto diffuse narrat.unde dies illa alliēsis dicta ꝑ cæteris oībus nefasta semp est
habita.Fidenæ dehinc describēdæ inter montē rotundū anienēq; & tyberim fue Fidenæ.
runt.de qbus in Latina regione & in Etruria Veios descnbētes quorum Colonia
erant abūde diximus.Ornata fuit Sabina regio Landone Romano ponti.cuius
patriā ignoramus.Postq̄ ager sabinus crustumenusq; cū fluuio allia mōteq; rotū
do post tergū est relictus annio fluuius tertio a roma miliario fert̄ in tyberim.

Regio qnta Picenū siue Marchia Anconitana.

S Ed iā ꝑuentū est ad fines oēs ducatus spoletini: Annioq; flu-
uius nos traxerat ad loca ī latinoꝝ ptibus a strabone Plinioq;
enumerata.Quare pedē referentes ad ꝓpinquā cōtermināq;
regionē trāseamus:q̄ olim Picenū dicta nūc ē Marchia anco- Picenum.
nitana:quom tñ aliqñ prius fuerit appellata Marchia firma-
na.Nā in gestis rebus septimi Gregorii pontificia Romani in
cōcilio Lateranensi legimus Robertū Guiscardū qa Marchiā occupasset firma-
nā fuisse excōicatū.Piceni fines sūt a septemtrione Appeninus eū a ducatu spole
tano ut ostēdimus diuidēs:& ab oriēte ꝑsertim hyemali fluuius olim Isaurus nūc
folia dictus.A meridie superū mare.post fluuius Trētus Asculū ꝑterlabēs.Liui⁹
lib.xxii.Hānibalis ꝓgressus describēs post inflictā ad lacū Trāsumenū populo ro
mano cladē dicit eū uenisse in agrū picenū nō copia solū oīs generis frugū abun-
dantē sed refertū ꝑda.Et pli.scribit picētes quondā ubernmæ multitudinis trecē
ta sexaginta milia in rei publicæ deditionem uenere a sabinis orti.Quom uero so-
tialis belli incentores aut primi marsis incentoribus sotii fuissent in eos a Roma-
nis crudeliter est sæuitū.Liuius libro.xxiii. C.Terentio procos.negociū datū ut in
piceno agro cōqsitionem militū hēret.Et lib.xxvii.Claudii Neronis cos.ad Liuiū
salinatorē cos.aduersus Hasdrubalē ituri describēs iter eū dicit flexisse in picenū.
Martialis cocus poeta attribuit reꝝ trium proprietatem piceno his uersibus:Hæc
quæ picenis uenit subducta trapetis:Inchoat atq; eadē finit oliua dapes.Et alibi:
Picentina ceres niueo sic nectare crescit.Vt leuis arrepta spongia turget aqua. Itē
alibi.Filia picenæ uenio Lucanica porcæ Pultibus hinc niueis grata corona da-
tur.Liber uero ab orientali parte piceni siue Marchiæ anchonitanæ descriptionē
incipere.Isautus amnis folia nunc dictus ex appenino ad cotulū arcē ortum ha- Isaurus.
bens Pisauri ciuitatis uetustæ mœnia attingit ubi portū sed tenuem ra ro maiori- Folia flu.
bus nauigiis

bus nauigiis apertū facit:eā ciuitatē q̄ pœnes Isaurū sit nomē nāctā a Romanis
conditam fuisse cōstat. Liuius etiā lib.xxxix.eā a romanis simul cū mutina & par
ma coloniā deductā scribit. Scribit Eusebius de tpib⁹ Acciū tragœdiarū scripto
Pisaurum rē natū parētibus libertinis Pisaurū inter colonos fuisse deductū:& fundū accia
nū fuisse iuxta pisaurū:credimusq; fuisse ubi nunc corrupte dicit᷑ Farnazanū pi
saurꝫ urbē.nos a Totila destructā a Belisarioq; instauratā in historiis ostēdimus.
Quæ supiori sæculo pncipē nacta ē pstātē Malatestam Pandulphi filium litteris
moribusq; ornatissimū:q natos tres & unicā inter rarissimas clarissimasq; nume-
randā mulierē genuit Paulā mantuanoꝝ pn̄tis tpis pncipum genitricē. Primū su
Mōs abba/ pra pisauꝝ ad Isauri siue foliæ sinistrā ripā oppidum est mons abbatis:e regione
tis cuius oppidi Idaspis torrēs Isauro iungit᷑:quod poeta Lucanus nouit ubi dicit.
Idaspis fl. Et iunctus idaspis isauro. Suntq; multa inter Idaspim & Isaurum Pisaurensis &
Vrbinatis agroꝝ oppida:quoꝝ mons fabroꝝ notius habet᷑: editissimo autē inter
Vrbinum. flumina ipsa monte Vrbinum ē uetusti nominis ciuitas:cuius īter ueteres pmum
meminit Cornelius tacitus uitelliensi bello:& Pli.dicit urbinates cognomine me
thaurenses. Nosq; in qnto historiaꝝ ostēdimus Belisarium qa fons in ciuitate per
æstatis caumata aruerat:ciuitate ipsa per īcolaꝝ deditionē fuisse potitum. fuit ea
urbs diu a montis ferretri comitibus pro Romana ecclesia gubernata. ꝑut etiam
nunc gubernat idē Federicus:cui supra diximus Eugubiū esse subditum. Habet
uero nunc ipsa ciuitas Seraphinū iuris & bonaꝝ artiū doctrina ornatissimū con-
sistorialē in Romana curia aduocatū. supra Pisauꝝ ad sinistrum oppida sunt q̄
Argilla plura sed notiora mons Barocius:& Nuuolaria. inter q̄ torrens labit᷑ Argilla no-
Fanum. mēa Limo quē altū & tenacē habet nacta Fani fortunæ mœnia attingens:q̄ ma-
ritima ciuitas & ipsa romanos habuit conditores:a Totilaq; sicut Pisauꝝ destru-
Methau/ cta fuit:& a Belisario instaurata. Absunt tertio a Fano fortunæ miliario Methau
rus flu. ri fluuius hostia. Ad dexterā cuius partē intus est foꝝ Sempronii ciuitas uetusta
Forū sem/ uiæ imminens flāmineæ:quā Federicus idē feretranus pro Romana ecclesia nūc
pronii. gubernat. Est uero is Methaurus amnis uelox a Lucano appellat⁹:clade Hasdru-
balis p Liuii Salinatoris Claudiiq; Neronis cos. Romanorū uictoriā libro Liuii
xxvii.copiose narratā clarus:quē ad sinistrā tertio supra forum Sempronii milia-
Candia/ rio fluuius illabit᷑ Candianus sinistra:in cuius ripa uiæ flamineæ quā Augustus
nus flu. octauianus ab urbe roma Ariminum usq; strauit ps uisit᷑ mirabili & sumptuosis
simo opere facta:q̄ durissimi saxi mons quingentis excisus in longitudinē passi-
bus iter pbuit curribus:& ne subiectus amnis rapidum currēs uiæ corroderet fun
damenta:murus ab aquis in summā uiā quadrato lapide pluribus locis in subli-
me excitatus illā sustentat. Sed maiori opa impēsaq; saxum siliceā habens duriciē
ducentis ut teneo passibus longitudine & octo altitudine perforatū: curribus itē
factū est puiū cui a forma actuq; forulo est appellatio:docetq; titulus litteris cu-
bitalibus ī frōte excisus. T. Vespasianū & nō Octauianū Augustum:q uiā straue
Forulum. rat flaminiā:id foruli opus fieri curasse. Is Candianus torrēte auctus uno ad dex
terā habet Aqualeneā uicū tabernis hospitatoriis frequētatū. Et paulo supra ha-
bet montē

bet montē falconē:ſupra uero ad ſiniſtrā callii ciuitatis mœnia abluit Cādianus Mons fal-
& ſuperius eſt Candianū oppidū ab eo fluuio appellatū.quod tñ ex Luceolis op- conem.
pidi uetuſti ppinquo loco qua eſt uia flaminia.Eugubiū eſt iter a lōgobardis exci Callium.
ſi ruinis ædificatū fuiſſe non dubito.Eſtq; Luceolis locus ad quē libro hiſtoriaꝝ Eugubiū
ſeptimo oſtēdim⁹.Narſetē eunuchū caſtra habuiſſe qñ mors Totilæ ſibi fuit nū- Luceolis
ciata.Et libro.ix.diximus Eleuteriū Italiæ exarchū ab Eraclio impatore conſtitu-
tū:quia uſus pfidia ad impiū aſpiraret ab exercitu Rauēnate apud Luceolim in
terfectū.Supra foꝝ Sempronii plus minus octauo paſſuū miliario Methaurus
amnis.Firmiani mœnia abluit oppidi Vrbinatiū:iuxta quod mōs eſt Haſdruba
lis nomen habens & eum ducē ibi ſuperatū fuiſſe & cōſtans in regione fama ē.&
nos Liui patauini libris attente lectis certiſſima depræhēdimus coniectura.Inte-
rius uero ad Methauri ſupiora pgredientes planiciē inueniūt ſpecioſiſſimam:in
qua primū eſt oppidū a Methauro pœne inſulā circundatū: quod Guillielmus.
Durandi carnocēſis decanus pontificii iuris cōſultiſſimus ſpeculi eius doctrinæ
libri auctor cū Martini.iiii.pō.ro.nūcius & Romādiolæ theſaurarius eſſet a fun- Caſtrum
damētis ædificauit:& a ſuo nomie caſtrū.Durātis appellauit.Quinto ī de milia durantis.
rio abeſt ſancti Angeli in uado oppidū mercatoribus frequētatū.Et pxime. Ap S.Angeli
penino mercatellū:ſupiuſq; Amola caſtellū ad appenini tramitē poſitū q̄ in etru op.
ria a Romandiola difficili aſcenſu itur.Eā uero regionē a Federico feretano poſ- Amola.
ſeſſam:q̄ maſſa trabaria appellaꝛ:romanā eccleſiā cuius iuriū eſt ſic uocaſſe con-
ſtat:qa ex ipſis appenini iugis immēſæ magnitudinis abiegnæ trabes Romam in
ædiū Baſilicarūq; ſtructurā portari cōſueuerint:put ēt nunc portanꝛ:uñ uideꝛ
hac rōne pliniū nō abſurde ſcripſiſſe q̄d ſupra rettulimus Tyberim amnē a Tifer
no hinc appenino appropinquāte fuiſſe Romā ratibus nauigabilē:put certe nūc
eſt quādo imbribus adeo intumuit:ut clauſuræ eius cogendis ad molendina aqs
ubiq; in alueo iactæ oīno prohibere nequeant.Sunt etiam in montibus qui Me-
thaurū inter & Iſaurū ac appeninū maſſæ imminent Trabariæ Carola oppidum
& minora aliquod caſtella raſpagatta miraldella:ſorbedullum:ſanctus Martinus
Braſticaria:Belforte Cāpus:turris foſſati paganicū.Perlum potentis olim ubaldi Vbaldini
norū dominii: reliqæ quas Octauianus poſſidet ubaldinus patre genitus Bernar
dino:cuius adoleſcētis egregiæ docti humanitatis modeſtia grauitate condiunꝛ
prudentiaq; ſenili ut alterū in ipſo expectemus Ioannē actionis proauū:q patrū
noſtroꝝ memoria uiroꝝ ſui ſæculi arma tractantiū facile princeps:& tamē pru-
dentiſſimus grauiſſimuſq; ē habitus.Poſt methaurū fluuiū in hadriatici littore
ſequiꝛ Ceſanus torrens:ad cuius ſiniſtrā intus eſt Mondofum:& inde Monda-
uiū:& ſupra ſanctus Laurentius oppidū Vgone ornatū dño familiæ montis ue-
tuli:q uita & moribus dignitatē magis decorat abbatialē q̄ ab ea decus accipiant.
Et interius ad Ceſani fontē pgula oppidū:quod nup habuit angelum rei bellicæ Miſa flu.
gloria clarū.Miſa fluuius poſt torrentē ceſanū primus mare illabiꝛ ad Senæ nūc Pergula
Senogalliæ mœnia urbis uetuſtiſſimæ a gallis quondā ſenōibus habitatæ.q urbe Senogal-
capta:direpta:incenſa:ac auro redēpta:poſtmodū a Romanis duce Camillo ad liæ.

internitionem

internitionē fuerunt cæſi:& nunc ſolo æquata in cuius ſupbor̄ olim mœniū pat
tis ambitu arces ſunt ptenues duce a Sigiſmundo malateſta cū fano fortunæ ac
Arimino pro Romana eccleſia gubernat̄.Sunt uero multa īterius circa Miſam
amnē oppida & caſtella:quor̄ notiora mōs Boddii:corinaltū & Rocha:cuius no
mē ſæpe in ætatis noſtræ hiſtoriis īuenit̄.Et paulo ſupius auget̄ miſa ſentino am
ne ad ſaxiferrati mœnia delabēte:cuiꝰ oppidi nomē ſæpe p ora uirū uolitare facit
Bartolus iurecōſultor̄ ſupioris ſæculi excellētiſſimus.Habet uero nūc id oppidū
Saxūferra/tum. Alexādrū theologia ac philoſophia:& Nicolaū perottū eloquētia ornatiſſimos.
Sentinus amnis uetuſtū retinet nomē:ſecus quē ſecūdo ſupra ſaxūferratū ſtadio
Sētinus fl. Sētina urbs fuit uetuſta:in cuius agro Liuius libro.x.pliū ſcribit pclarū fuiſſe ge/
Sentina.c. ſtum:ī quo Fabio Maxīo Decio coſ.ab umbris.Etruſcis.Gallis.& ſamnitibus cū
Ro.pugnatū eſt.& Decius filius genitoris Decii exēplo deuotus hoſtiū telis obru
ptus interiit:romaniq; uictoria potiti peditū q̄draginta milia trecētos triginta eq
tum ſex milia de hoſtibus īterfecerunt:Sānitiūq; agmē cū fuga plapſi p agrū peli
gnū fugerēt circūuētum a pelignis ē.ex milibus qnq; ad mille cæſi.eſtq; id pliū
in quo quom ſtructæ acies undiq; ſtarēt:cerua fugiēs lupum e mōtibꝰ exacta p cā
pum īter duas acies diſcurrit.īde diuiſæ feræ cerua ad gallos lupus ad Romanos
curſū deflexit.lupo data eſt īter ordines uia.ceruā galli cōflixere.Tū ex āſignariis
Romanus miles illac fuga inqt.Hinc uictor Martius Lupus īteger & ītactus gē
tis nos Martiæ.& cōditoris noſtri admonuit.ex ſniæ urbis a Longobardis deſtru/
ctæ ruinis ſaxumferratū.& piter ſexto ab īde miliario Fabrianū oppida fuerunt a
pncipio īchoata.Ortum uero hēt Sētinus ī appēino ad tramitē uñ foſſatum um/
Eſinus fl. briæ oppidum ē acceſſus.poſt ſe nogalliā pma īueniunt̄ ī littore flu.Eſini hoſtia
ad q̄ arx ē munitiſſima anconitanor̄ pſidio cuſtodita.Intus ad eundē fluuiū ſui
Eſis.c. nomīs ē ciuitas Eſis & ipſa uetus & īterius ac ſub pmis appenini collibus frequēs
Fabrianū opificibus Fabrianum:qđ nobiliſſimum totius Piceni ſiue Marchiæ oppidū Sē/
tinæ urbis uetuſtæ ibi ad ſex mille paſſus uicinæ excidio ædificatum p ætatē no/
ſtrā gētilē hūit pictor̄ ſui ſæculi celeberrimū.In eoq; familia nobilis clauelēſium
uiri ſimul pueri & īfantes:in qbus Baptiſta lr̄is ornabat̄ ciuium cōſpiratiōe dum
ſacris in Baſilicaītereſſent:ad īternitionē ſunt cæſi:fortunatū uero eſt pſenti an
no ſicut & pximo fuit Fabrianum romanæ curiæ eo ductæ pſentia unde multas
diuitias maxima cum dignitate accumulat:tulitq; ipſius oppidi ſors ut adulteri/
ni pontificis reliquiæ peſtiferi dogmatis in eo fuerunt punitæ:qđ qdē memora/
bile facinus nō ab re cēſuimus referēdū.Quom Ioannes.xxii.pō.ro.Ludouici ba/
uari adulterini īpatoris importunitati ac inſolētiæ cōſtanter reſiſteret ueniens ro/
mā ipſe bauarus quendā petrū colutii de corbario reatinæ dioceſis minor̄ ordi/
Antipapa nis in antipapā pphanari curauit:qui miſer factæ de ſe electioni quom eſſet aſſen
ſus anticardinales creauit:& cōplicibus in ueſania impietateq; ſua coactis pro ui
ribus eſt conatus ſcindere dei eccleſiæ unitatem:& tamen interim Ioāna mathei
filia de corbario repetiit in iudicio eundē maritum ſuum:q ſecum ānis qnq; pūſ
q̄ ad fratres mīores īhabilis cōfugiſſet:matrimonialiter fuerat copulatus fuitq; p

episcopum

epiſcopū ſeruato iuris ordine in petrū ſnīa redintegrandi matrimonii promulgata. Sed quom petrus ipſe in idolum prophanatus a Bonifacio comite Piſano captus & ad Romanum pon. A uinionē pductus eſſet: idem ī cæteris pedore obiit. Nec tñ ſemp poſtea defuerunt illius ueſaniæ ſectatores fraticelli de opinione uulgariter appellati aſſerentes nec Ioanē. xxii. nec quēpiā illius ſucceſſorē iure & ordine creatum eſſe pōtificē: qđ malū adeo diffuſum eſt ut in multis magniſq; Italiæ ciuitatibus atq; p orā græciæ pſertim in athenarū urbis reliquiis multi hactenus ſint inuenti Romanis pontificibus eā ob fatuitatē animis & cōuenticulis clā inītis aſſeuerantes. Quāq̄ magis luxus de libidinis ſeq oblectamēta uident̄ quā iuris pontificii q̄rere fundamēta. Nā pter ſtupra & adulteria q̄ paſſim unuſquiſq; abditis in locis & ad hoc occulte paratis committunt: aliud publicis eoꝝ cerimoniis tale fit ſcelus uocatæ & de īduſtria ſeductæ ſpecioſiores quæq; uel uiduæ uel uirgines uel matronæ quem in antra noctu conuenerint ſacerdotes & clerici eius ſectæ eodē in antro clauſi diuinas qdē laudes ad fidē a ſimplicibus cōparādā ex ritu chriſtiano legunt cantitāt īmurmurāt: qbus nocte ut aiūt media finitis: ſacerdos eoꝝ maior alta admonet uoce binos debere maſculū & fœminā ſancto ſpiritu inuocato in cōplexū carnaleq; copulam cōmiſceri inde luminibus illico extinctis. quęq; uirū pximā aut manu captā aut etiā de induſtria obſeruatā mulierem ſibi pſterne: ſi uero ex huiuſmodi coitu cōceperit mulier infans genitus ad conuenticulū illud in ſpelūcam delatus p ſinguloꝝ manus tradit̄ tandiu totieſq; baiulandus quouſq; animā exhalauerit. Iſq; in cuius manibus īfans expirauit maximus pontifex diuino ut aiunt ſpiritu creatus habet̄. & quom alter itē ex tā multis uitiatis mulieribus offert̄ fœt⁹ eū ſacerdotes collegialr cōgregati prunis aſſant collectūq; inde puluerē in uaſculū mittētes uinū ſuſfundūt: quo nouitios & execrabilibus hmōi initiādos ſacris epotātia quo cōbibēdi mō crudelis hæc ſupſtitio uaſculi: quo fit uocabulo barrilottū appellata eſt. Retulitq; nobis religioſiſſimus & certe ſanctus uir Ioānes capiſtraneus: huic pſequēdæ hoīum ſectæ: pfect⁹ ſceleſtiſſimā mulierculā ſponte ſibi faſſam fuiſſe cū eo ex diabolico coitu pepiſſet īfātē genitū læto aīo lætitioreq; frōte in ciſtellā de induſtria ornatiſſimā ad ſpelūcā detuliſſe pfatā ſe munus afferre pcioſiſſimū: eādēq; parētē non modo ſiccis oculis ſed hilari aīo eiulātē: miſerādūq; uociferantē aſſari filiū inſpexiſſe. Eā itaq; crudeliſſimā hæreſim quom fabriani degētes occuratius pſequūt̄ cōuicti ad duodecim & reſipiſcere ptinaciter recuſantes igni ut erāt meriti ſūt cōſumpti. Ē uero ad eſis fluuii dexteram ſub ipſis appenini iugis q̄ ualidū umbriæ oppidū petit̄ locus fratrū ſeraphici Frāciſci hæremita dictus: quo uiſo ut inqt poeta Ouidi⁹ potes dicere numē ineſt: ædificiis certe qtū religioſis uiris ſat ſit ea in locoꝝ aſpitate tā cōmode inſtructus: ut alia eiuſdē ordinis Italiæ urbiū loca amœnitate ſupet. ſeruaturq; picta in eo tabula Gētilis fabrianēſis opus cæteris q̄s uiderimus pferēda. hēt eſis fluuius ad dexterā intus Serrā oppidū ſcī Quirici appellatū qngentis paſſib⁹ ab ipſo amne & arduo in colle ſemotū ei auerſa a fabriano regiōe mathelica oppidū nō ignobile: cuius nomē in picētibus ponit Plinius ſexto abeſt miliario iuxta

Fraticelli de op.

Barrilottū

Locus here.

Mathelica

quod

quod labiť torrēs breui curſu in eſim & ipſe cadēs ſecūdū littus.poſt eſis hoſtia ꝑ
Cimera montonū cimera incipit mōs anconæ dictus.quod qdē ꝓmōtonū tā ꝓpinquū ē
mons. appenino:ut aliqua montē ipm ibi opinati ſint ſcripſerintq; finiri:unde oſtendit
Mons. Plinius eo in loco Italiā ſe flectere:& aduerſam huius cubiti ptē concauū eſſe li
Anconæ. matū ac maximū:quod a piſtoria incipiens ꝑ caſentinum burgūq; ad ſepulchrū
tāquā ꝑmo cornu ꝓcedēs centralē ſinū apud foſſatum ualidumq;.& eſt poſtea
Ancona. alterum cornu ad nurſiā caſſiāq; hēat ſub ꝓmōtorio q̄ uergit in mare eſt Ancona
ab ipſa littoris & Italiæ ſe flectētis curuitate dicta:cuius uetuſtæ urbis & a doricis
græcis ut Iuuenalis & ut Plinius a ſiculis ædificatæ portum Traianus īpator qd̄
extātes tituli ēt nūc oſtēdunt īſigni ope & tutiſſimū nauibus & ornatiſſimū extru
xit.Oſtēdimus hiſtoriaꝝ q̄rto anconā urbē dū conon Iuſtiniani īpatoris ptium
dux male defenſat:gotthos ſub urbium qd̄ tunc mare īter & montē urbe inclu
ſum eſt igni ferroq; uaſtaſſe:& libro.vii.diximus narſetis eunuchi duces cum tri
ginta nauibus q̄dragītaſeptē gotthoꝝ naues ꝓfligaſſe:& anconā obſidiōe duriſſi
ma tunc leuātā fuiſſe:undecimoq; docuimus libro ſarracenos ꝑ tpa Lotharii īpa
toris & Sergii papæ:q dictus fuerat os porci anſerenſi urbe in dalmatis euerſa:na
uibuſq; Venetoꝝ ceteris tribus in tergeſtino ſinu captis incenſiſq; anconā quoq;
captā ac ſpoliatā incendiſſe:qua expeditione ſarraceni diſſenſionibus freti: qbus
cū fratribus agitabať Lotharius īpator poſt īcenſam deſolatāq; anconā qcqd ur
biū & locoꝝ uſq; idruntum ea hēt ora maritima ſpoliarunt ciuibus ea ciuitas bn̄
moratis & īprimis mercaturæ deditis ſed maxime omniū ſeruatæ dudū libertatis
gloria decorať:hētq; nūc Frāciſcum ſtalamōtē & Nicolaum iurecōſultos bonaꝝ
lraꝝ ſtudiis ornatos:quom nuꝑ amiſerit ciriacum q monumēta īueſtigando ue
tuſtiſſima mortuos ut dicebat uiroꝝ memoriæ reſtituebat.Primus poſt cimericū
Muſio flu. ꝓmōtorium ē amnis muſio quē ad hoſtia aſpidum uocant.Tertioq; ab eo amne
miliario & Paulo ſupra mare uetuſtiſſima interiit urbs humana & paruo ab inde
ſpatio adhæret mari ipſo in ꝓmontorio ſiriolū oppidum. Ad alterā uero ꝓmon
Ficarelum torii partē in mediterranea uerſam ꝑmum ē caſtrum ficarelum īterius decimo ab
Auxi.c. ancona miliario ē auximum ciuitas uetuſtiſſima:cuius ardui mōtis in quo eſt ſi
ta radices muſio attingit ea urbs in multis locis ꝑſertim in belli ciuilis.C.Cæſaris
commentariis & nr̄is oſtrogothoꝝ hiſtoriis inueniť celebris quā oſtēdimus durā
ptuliſſe & longā obſidionē priuſquā in belliſarii ptātē deueniret ea maxime cā q̄
gotthi illā ualido ꝑſidio deſēſabāt.ſupius itē.xii.miliario ſub appenini collibus ē
Cibulum. cibulū oppidū a labieno ædificatū cuꝰ itē cælſum ſicut Auſimi mōtē muſio cir
cuit.Et paulo ſupius ortū hēt:ſed medio īter auximū cingulūq; ſpatio ē ſtaphilū
Staphilū haud ignobile piceni oppidū ſupiuſq; ad dexterā īter colles appenino ꝓximos ē
lapirus uetuſti noīs caſtellum.Attingit uero in mediterraneis mari ꝓpinqoribus
Recanetū muſio Recanetum ciuitatē q̄ ricinetū ꝑncipio appellata ē.quom.n.Gotthi Eliā ri
cinā ciuitatē cāpeſtrē ab Elio ptinace Romano impe.ædificatā cuius maceratæ
ꝓpinqora cernunť fundamēta demoliti eēnt:eius īcolæ in oblongū iſtud dorſū
demigrantes Recanetum ciuitatē ſumpto noīe a ꝑma parū mutato ædificarunt:
idq; decreta

idq; decreta ricinatū marmoribus ĩcisa q̃ apud maceratā sūt ex pte ostēdūt:ea ci
uitas magnū ex patria & affinitate nostra forliuio hēt ornamētū Nicolaū asteū re
canatensem & maceratēsem epm sacris & phiæ ac medicinæ lris qbus adolescens
operā dedit egregie eruditū.Recanetū inter & adriaticū mare paululū a musione
recedit celeberrimū totius Italiæ ut in apto munitoq; uico sacellum gloriose uirgi S.Maria in
nis Mariæ ĩ laureto appellatū:quo ĩ loco pces suplicātium a deo genitricis suæ in laureto.
tercessione exaudiri illud maximū certissimūq; est argumētum:quod eoꝝ q uotis
emissis exaudiri fuerunt ex auro argēto:cæra pānis ueste linea laneaq; appēsa do/
naria magno luēda pcio basilicāq; oēm pœne cōplētia eps in dei uirginisq; gloriā
intacta cōseruat.Potētia amnis sequit̃ ad cuius hostiū uetusta interiit eiusdē nois Potētia fl.
urbs inter primas picentū aliqñ numerata is amnis in appenino supra metelicam
& quasi e regione nuceriæ alphateniæ oriūdus hēt intus ad dexterā & sub primis
appenini collibus ad duos mille passus distās mōticulū oppidū.Ad sinistrā uero
inferius montē sanctū egregiū in picentibus oppidum.Supius uero & ad primos
appenini colles potētia pterlabit̃ sanctum Seuerinum nobile sed nouū oppidum S.Seueri/
ad ruinas ædificatū septēpedæ oppidi uetustissimi a lōgobardis solo æqti Asinus num.
ĩde torrēs pexiguus mare illabit̃:cui supius adiacet sancta Maria in cassiano op/
pidum ad dexterā & intus ad sinistram paulū a mari recedit ciuitas noua nobile
oppidum.Et sexto ab asino torrēte miliario absunt chienti amnis hostia cui intus
ad dexterā adiacet mōs casuarius oppidum pauloq; remotius morrū & tertio ab
ĩde miliario supius macerata ciuitas noui nois & ipsa eliæ ricinæ sicut recanetum Macerata.
excidio inchoauit.qntoq; ĩde miliario supius est mons ulini oppidum nō ignobi Mōs ulini.
le:quod Franciscus Sfortia quo tpe pmum Eugenio.iiii.pon.ro.hostis esse cœpit
diripiēdum militi cōcessit.Inde ē arantia uaranēsium uilla.Supius itē ad chientū
amnē est tollētinum uetus oppidū:qđ populo frequens beato cōfessore Nicolao Tollētinū.
ornat̃:cuius relatiōis ĩ numerū sanctoꝝ aplicas lias Ego.iiii.Eugenii pon.ro.secre S.Nicolaus
tarius cōfeci.habuit uero tollētinum p ætatē nostrā Nicolaū matruciū tollentina
tē inter primarios rei militaris duces annumeratum.habetq; nunc Frāciscū philel
phū lrarū græcarū latinarūq; excellētia ac æditorū operū fama notissimū.supraq;
tollētinum tertio miliario est belforte oppidū.Vbi uero chiētus fontes in appeni/ Belforte
no habet Serauallis est & castellū & uicus:quo tramite camerinum ex umbria adi op.
ri ostēdimus.ē ad sinistrā supius camerinū ciuitas uetustissima:ad quā Liuius li. Camerinū
ix.Fabii maximi fratrē qñ motus etruscoꝝ iuerat exploratum puenisse & multa
exceptū comitate scribit & lib.x.dicit camertes dedisse.P.Scipioni armāda classe
q̃ duxit in aphricā cohortē unā sexcētoꝝ militū armatoꝝ.Ea dudū fuit in picen/
tibus sicut & nunc ē ppli frequentia opibusq; pmaria:q̃ pximis annis similem ui
dit fabrianēsi nobiliū uaranēsium cædē:sed nunc a duobus ex eadē uaranēsiū gē/
te adolescētibus Rodulpho & Iulio litteris uirtutibusq; ornatis gubernata qescit.
Influit chiētū amnē supra tollētinum torrēs fiastra in appenino pxime fōtibus na
ris umbroꝝ amnis oriūdus:cui in ipsis appenini iugis adiacet fiastrū ĩde appella/ Fiastra fl.
tum castellū & qua torrens ipse in chientū labitur est chaldarola oppidū nō exile. & op.

Ad chienti

.S.Elipidii op. Ad chienti sinistrã intus est sancti Elipidii oppidũ.Supius sancti Iusti castellũ quos torrens lætus cognomine uiuus attingit:& in chiẽtũ breui cursu labit̃.Iteq; supius ad primos appenini colles sãcti Genesii est oppidum haud ignobile cui in terius seruana adhæret.Interq; ea duo oppida planicies plicæ est apud quã lætus uiuus torrens originẽ hẽt.Ad euq; torrẽtẽ q̃nto infra seruanũ miliario urbs ẽ salui uia uetus nomẽ & pariter multæ uetustatis ingentes ædificiorũ ruinas habẽs:inter quos certũ est tria fuisse theatra.nec satis inuenimus quo tpe quo aut ea urbs fuerit condita paucis ẽt in locis p̃ter quã in Plinio & nostra gotthorũ historia illius nomẽ apud uetustos inuenit̃:nũc qdẽ reliquiarũ & qdẽ ĩgentiũ loco derelicto extat in earũ angulo oppidũ urbis aliæ corruptũ a uetusto tenẽs nomẽ.sunt ẽt tertio infra saluiæ uestigia miliario ad letiuiui torrẽtis undas ingẽtis monasterii claraualensis ruinæ.At in littore prima sequtur amnis nunc tennæ olim tigniæ hostia cui

Triginia flu. amni haud lõge ad dexterã adiacet oppidũ nũc sancta Maria in Georgio appellatũ inter primaria marchiæ annumeratũ.Quæ urbs olim fuit tegniũ:de qua in cõmẽtariis.C.Cæsaris sic hẽtur.Interea certior factus tigniũ termũ p̃torẽ cohortibus q̃nq; tenere oppidũ munire:oĩumq; eẽ tigniorũ optimã erga se uoluntatẽ curionẽ cũ tribus cohortibus:q̃s pisauri & arimini hẽbat mittit:cuius aduẽtu cognito diffisus ciuiũ uolũtate termus cohortes ex urbe educit & p̃fugit milites in itinere ab eo discedũt ac domũ reuertunt̃.Curio sũma oĩum uolũtate tigniũ recepit. Et citra ultraq; tenna multa sunt ibi p̃pinqua agri firmani oppida & castella.sed primũ supius ad tẽnam ẽ mõs sancti Martini & tertio supra abest miliario pennia.

Mons fortinus. Post q̃rto miliario ad primos appenini colles est amõdula & ip̃m inter primaria piceni oppida numeratũ ad sinistrãq; tẽnæ in appennino est mons fortinus nobile oppidũ:supra qd̃ in appenini iugo tenna is fluuius fontẽ hẽt inferiusq; ad hostia eadẽ sinistra castellũ ẽ portus firmanus appellatũ:quom t̃n mare & fluuius nedũ faciãt ibi portũ:sed uix tolerabilẽ nauibus p̃beãt mãsionẽ intusq; tertio miliario ẽ ciuitas firmana Romanorũ colonia ex duo de uiginti q̃ difficillimis secũdi belli punici tpibus p̃mo detractarũt militiã & tributorũ collationem.Post in senatus & populi romani ptãtẽ se p̃miserũt.Et t̃n haud q̃q̃ ĩ hoc murorũ ambitu quẽ hẽt uetusta quo illã circũdedit supiore sæculo Ioãnes auelius uicecomes rei bellicæ ductorũ sui tpis p̃stãtissimus:quom t̃n saxeo in tumulo q mœnibus ĩcludit̃ oppidũ fuerit puetustũ cui castello firmano erat appellatio.cernũturq; in saxo cubitales litteræ diui nescio cuius augusti titulo ĩcisæ.fuit pridẽ eo ĩ tumulo arx munitiõe & ornatu ĩter primas Italiæ numerata:quã deturbato ac p arma pulso pontificis Eugenii uiribus Frãcisco Sfortia populus firmanus muro & oĩ munitiõe simulq;

Letus mortuus flu. ornatu spoliauit.Absunt a firmano portu q̃nto miliario torrẽti letimortui hostia: ad q̃ magni ædificii uestigia cernunt̃.estq; fama nullius qd̃ sciã uetusti litteris cõfirmata picenũ ibi fuisse urbẽ a qua p̃uinciã nomẽ autumãt nactã esse:asq; torrẽs paulo supra petriclũ inter & belmontẽ oppida ortũ hẽt:eundẽq; torrentẽ inter & proximũ asonem fluuiũ est mons rubianus oppidũ & supius ad asonis dexteram

Mõs falco intus sunt seruilianũ.Post sancta uictoria & supius mons falco oppida & supius

itẽ summo

itē summo in appenino mōs monachus nō ignobile oppidū sub asonis fluuii fon te sitū ad asonis sinistrā littori fluuioq; adhæret pedasum castellū supraq; ē mōs floræ superius oppidū mōs nouē dictū: quod a nouē nobilibus fuit ædificatum inde habet mons altus & forte. Et supius oppidū cōmunalia asculana appellatū illabit post hæc mare torrens pexiguus ad cuius hostia est morcinū castellū interius ripatrausonū: quod oppidū loci natura muroq; munitissimū nulli picētum populo diuitiisq; cedit & tamē dum pellendo ꝓuincia Frācisco Sfortia bellū geritur id oppidū sfortiani diripuere: supra est cossignanū nobile oppidū: supius castignanum. Supius his in mediterraneis abest tertio miliario a cossignano aufida nobile munitissimum natura loci oppidum. Altissimis uero in mōtibus qui ꝑdictis oppidis e regione rīdent: summo in appenino est mons sanctæ Mariæ in gallo: oppidum: cui ipso in appenino ꝓpinq̄ est cauerna ingens sibyllæ uulgo appellata: & paulo superius est lacus ille in nursinoꝝ agri appenino: quem uano ferunt mendacio pisciū loco dæmonibus scatere. ea tñ duoꝝ locoꝝ fama multos diebus nr̄is & plures superioribus ut audiuimus sæculis pellexit necromātia delectatos aut noscendaꝝ reꝝ mirādaꝝ auidus: ut arduos hos montes magno uanoq; labore cōscéderent. Distant in littore ab asonis fluuii hostio griptæ oppidū octo agriptisq; sanctus Bñdictus: itē oppidum duos mille passuū q̄ maritima regio oīum Italiæ præter surrentinā caietanāq; amœnissima mali qd arantiū uocant feracissima uitibus itē arboribusq; & oleis est consitai & tribus a sancto Bñdicto milibus distat arx asculanus portus appellata: q̄ hostiis troenti fluminis ad custodiā est apposita: ubi fines sunt littorei nostræ regiōis piceni siue Matchiæ anchonitanæ. Est primum ī cus ad troēti dexterā oppidū mōs Brādonus ciue nunc uno fœlicissimum Fratre Iacobo ordinis sancti Frācisci de marchia appellato: quē ardentissimū pariter & eloquentissimū uerbi diuini ꝑconē uitā ducere in terris angelicā constans fama cōsentit: adeo ut nullus dubitet quod multi uidisse affirmāt eū ut est uiuū miraculis coruscare tribus ab hoc oppido & totidem milibus a ripa trasonū abest Aquauiua oppidum: ex quo duces adriæ ꝓuinciæ aprutinæ originē duxere. secūdum hāc troenti dexterā ipso in appenino est arquata oppidū nobile: quod nursini pōtificum romanoꝝ cōcessiōe ī aliena obtinēt regiōe. Supius qnto miliario pariter ad troenti dexterā est accumulū nobile oppidum: & itē supius sub troēti fonte ē amatrix oppidum ut in montanis egregium: qd fortassis ꝓpinqua in regione quom ultra fontē & ad troēti sinistram sit annumerari debuit. Difficillis uero est montium hmōi & sitoꝝ in ipsis locoꝝ descriptio: q; saltuosissima sunt & niuis altisq; rupibus quādoq; ita diuidunt ut nec pictura sit nec elocutio q̄ plenam illorum notitiā dare possit. hinc unū dictis addere libet quod suo loco cōmode nequiuimus explicare ea in appenini parte in qua supius oppidum arquatā eē diximus ipse appeninus se ipsum superās arduū facit grumū: q nursinos a picētibus dirimit: appellaturq; mons uictor cæteros regionis montes altitudine uincat: ad cuius orientalem lacus ille dæmonibus īfamis: ad aliudq; latus in meridiem uersum duo ipsius colles altissimi & paulisper in ꝓfundo inter se diuisi furculas fa

Mons nouem.

Mōs altus forte op.

Cossignanum.

Aufida op.

Cauerna sybillæ.

Sanctus Bñdictus

Mōs brandonus.

Duces adriæ.

Arq̄ta.

Lacus dæmonū.

Furculæ præstæ.

ciunt præſte appellatas: inter quas troentus labit̃:& mox ab ipſis furculis p arctã
& tanq̃ manufactã decurrẽs foſſam arquatæ mœnia attingit. Vltra atq; etiã ĩfra
amatricẽ medio in appenino fluuius orit̃ noĩe caſtellanus: Qui paruo curſu ad
Aſculum. mœnia aſculi defert̃:& paruo inde ſpacio cadit ĩ troentũ ut hinc caſtellanus iſte
troentus inde aſculi mœnia circũluãt. Ea ciuitas uetuſtiſſima aliqñ picẽtum pri-
maria fuit. Et liuius quom lib. lxxii. dixiſſet italicos populos bello ſotiali defeciſ-
ſe primos ponit picentes. Poſtea lib. lxxvi. dicit aſculũ a Põpeio Strabone captum
quo in prœlio quom terra tremuiſſet Strabo tellurẽ Cæde ꝓmiſſa placauit. & tñ
poſt cædẽ ĩcẽdiaq; cõmiſſa urbẽ euertit: qa Aſculani initio belli miſſos ad ſe lega
tos interfecerunt Aſculũ uiros ſæpe habuit p̃ſtãtiſſimos titũ betutiũ barrũ orato
rem quem Cicero in bruto cæteris ſuæ ætatis oratoribus externis præfert: Vẽtidiũ
baſſum ducẽ Romanũ q primus parthos attigit: in quem militare illud ledoriũ
fuit dictũ qui mulos fricabat factus eſt cõſul. Habuit etiã Nicolaũ tertiũ ponti.
Ro. Cicũq; excellentiorẽ mathematicũ q̃ uulgarem poetã.

Blondi Flauii Forliuienſis Regio ſexta Romandiola ſiue Flaminia.

SEd iam finis adeſt Piceni ſeu Marchiæ anchonitanæ: deĩceps
Flaminiã ſiue Romãdiolã adeam⁹ Flaminiæ q̃tũ ad hãc ſpe
Flaminia ctat regionẽ uocabulũ añ finitũ ſecũdũ bellũ punicũ nuſq̃ re
pit̃. Nã Flaminiũ uetus oppidũ iuxta tyberĩ & ſoracte montẽ
fuit: de quo Verg. ĩ. vii. Hi ſoractis hñt arces Flaminiaq; arua
& Flaminia dicta eſt uia: quã Octauius Auguſtus ab urbe ro
Flaminia ma uel potius a circo Flaminio ſicut in roma ĩſtaurata docui
uia. mus Ariminũ uſq; ſtrauit. Per totũ uero ſecũdũ bellũ punicũ ſicut & belli p̃mi pu
Ariminũ nici tpibus factũ erat hãc regionẽ Liuius patauinus q̃tũ ad romanos ſpectabat ſo
Boi. lo Arimini uerbo appellat. Nã libro. xxiiii. ſic dicit Prætori Sempronio prouincia
Aemylia. Ariminũ obuenit: quom reliqua oĩa padũ uerſus appeninum & alpes ꝑtim boios
Via æmy- partim Galliã diceret Ciſalpinã pariter dicimus de Aemylia q̃ & ipſa in Romã-
lia. diola eſt cõprehẽſa. Liuius aũt lib. xxxviii. ſcribit. M. Aemyliũ coſ. Liguribus ſub
actis uiã a placẽtia productã Flaminiæ cõiunxiſſe: ut certũ ſit uiã a foro Cornelii
uſq; Placentiã inde Aemyliã appellatã. & infra innuit Liuius. Quintũ Flaminiũ
fratrẽ: q ut meretrici Placẽtinæ placeret: gallũ ſecuri ꝑcuſſit: uñ bacchanalia Ro-
mæ ſublata ſunt uiã ſtrauiſſe quã Flaminiã appellarit: habuerintq; fines Flami-
nia ab Iſauro ad uaternum fori Cornelii nunc imolæ amnẽ: & Aemylia inde ad
trebiã Placentiæ urbis Fluuiũ: quã longitudinẽ & nũc habet Rauẽnatis eccleſiæ
exarchatus ꝓuincia cuius tota id Romãdiolæ nomẽ olim optinuit: quod qdẽ no
mẽ oſtẽdimus in hiſtoriis Carolũ magnũ & primũ Adrianũ pon. ro. poſt oppreſ
ſos dñioq; priuatos longobardos ea maxime ex cã indidiſſe: q toto Longobardo
rum tpe Rauẽna cũ ꝓpinqs aliquot ciuitatibus & oppidis Romano ppl̃o fidem
cõſtãtiſſime ſeruauit. Sed nos cõſuetudini adherẽtes iã inueteratæ fines Romã-
diolæ ĩtra Iſaurũ ſiue foliã & ſcultennã ſiue panatiũ amnes Appeninũq; montẽ
ac mare adriaticũ paduſamq; paludẽ citra padum & ultra illũ qcqd ager Ferra-
rienſis

tiensis ad Veronensiū Patauinorūq; paludes & ultimā usq; padi hostia fornaces appellata mare inter adriaticum & padum habet cōstituemus. Ad dexterā Isauri amnis ripā primū habet Romandiola oppidū pocciū post mōtē lurū inter Isaurum & pximū torrentē crustumiū: de quo Lucanus: Crustumiūq; capax: siue ut nunc appellant conchā: focaria est pmontorium quattuor habitatū oppidis granariolo: castro medio gabitiis florēniola & uinetis & oliuetis egregie cōsitum: supe riusq; sunt oppida tumba planus montis mons caluus pes capi saxū corbanū & macerata montis feretri. Sub focaria ariminū uersus catholica uicus ad quem ab sorptū mari oppidū conchā eminentes aquis muri turresq; p æquoris trāqllitatē ostēdūt. Interius est gradaria Sigismondi Pandulphi uilla supbis ædificiis amænisq; cōsitionibus & amplissimis uinetis ornata ad sinistram sita conchæ amnisi a quo summersum oppidū nomē habuit. Suntq; supius Sanctus Ioānis in macegnano mondainū saluditium mōs gridolphus metelum mōs Floꝝ gemanū taulerū planū castelli castrū nouū mōs taueliū. certaldū petri turchi uiri doctissimi patria planū Ioānis: Frācisci nobilis & strenui alīsq; nō abhorrentis uiri pria planū meleti petra rubia carpegnū: a quo nomē accepit mons arduus amplissimusq; pascua pbens per æstatē aīalibus uberrima. Qui qdē mons arimino siue ut nunc dicit marida fluuio ab appenino diuisus oīum Italiæ appeninū nō cōtingentiū mōtium est maximus. subest itē illi castellatia post sequit mons cerognonus monasteriū sextini apud quod multa extant uetustatis monumenta. Ad conchæ uero dexterā Sanctus Clæmens agellū corianū mons scutulus: ubi hæc scribimus: albaretū gypsum tumba gaiaeni mons Zardinus saxū mons grimannus mons taxorū mons copiolus. Et mari in uia flaminia & prope mare imminet sanctæ Trinitatis ecclesia. Suntq; ad eius torrentis dexterā oppida & castella in arimini siue maridæ amnis sinistrā uergentia Serauallе uetuculū sanctus Marinus: sub arduo cuius monte torrens ipse ortum habet. Superiusq; in montis feretri regione mons maius petra acutula toranū: sanctus Leo epī sedes scaulinū antiquū Ioane penna billioꝝ maiolū ciconiaria montironū: mercatū rāchi. Succedit ordine ariminum uetusti clariq; noīs colonia Romanoꝝ simul cū beneuento sicut Liuius. xiiii. lib. scribit deducta āno qd ex Eusebio cōputauimus ante Iesu christi dñi natiuitatē secundo octuagesimo & ducentesimo: ea ciuitas durā a uitigite Gotthoꝝ rege ptulit obsidionē Ioanne uitaliani partium Iustiniani īpera. sicut in historiis ostēdimus uiriliter defensante & nunc Sigismōdo Pandulpho malatestæ clarissimo rei militaris duci uicariatus ecclesiæ titulo ē subiecta: Cuius latera irrigat eiusdē nominis fluuius mariela nunc dictus. Scribit Liuius lib. xxi. L. Semproniū cos. cōpositis Siciliæ rebus decē nauibus orā Siciliæ legentē ariminū peruenisse: inde cum exercitu suo pfectum ad trebiā amnē. Et lib. c. ix. dicit belli ciuilis Cæsaris & Pōpei initio Curionē tribunum plæbis puenisse ariminū: q historiā Hirtius in cōmētariis & Lucanus poeta diffuse narrant: ut eā plixius a nobis scribi oportere non iudicemus: & beatus Hieronymus ecclesiæ doctor scribit cōciliū ætate sua & cui ipse īterfuerit arimini celebratum fuisse: qd postea patres reprobauerint: & gesta

Pocciū. Mons lurus. Crustumium. flu. Focaria. Catholica Gradaria Certaldū Planum meleti. Mons scutulus. S. Marin. Ariminū. Mariela flumi.

in eo censuerint esse nulla. Eam ciuitatē suburbiūq; cōiungit pons nunc solus in teger ex uteribus quattuor: quos Octauius Augustus flaminia uia ab urbe roma ariminum silicibus strata p̄ter minor̄ pontiū turbā maximo extruxit ope atq; im pendio. Qui.n. est ad tyberim miluius noīe a Marco scauro sicut Amianus Mar cellinus refert constructus multaq; ab Octauio accepit ornamenta oīno amisit & qui tyberim itē sub ocriculo iungebat parte una succissus in arcis fundamenta concessit. Is uero q sub narnea Narē amplectabat̄: fluuiū multis ut uidet̄ sæculis uel succissum uel collapsum uetustæ fornicē mediū amisit. Ornata fuit ariminē sis ciuitas supioribus sæculis Mastino Pandulpho & Galeoto ex Malatesta gente principibus omni uirtute ornatis. Ortiq; eodē Galeoto Carolus Malatesta prin ceps fortissimus atq; doctissimus fuit: quē ī historiis Marco Catoni supiori simi lem fuisse diximus: & Pādulphus q Brixiæ & Bergomi dn̄iū multis optinuit an nis inter ætatis nostræ Principes pmarii sunt habiti. Cum tn̄ nulla rōne eis fuerit uirtute inferior Malatesta tertius frater Clarā uero dulceq; sui memoriā sæculo nostro reliqt Galeotus Robertus: q licet paternæ hæreditatis urbes oppidaq; am plū in Italia principatū iustissime simul & prudentissime administrauit: res tamē mundanas tanta eleuati in æternæ salutis desideria spiritus munditia & puritate cōtēpsit: ut postquā adolescens in cœlū unde uenerat restitutus carnis sarcina est exutus beatitudinis famā signaq; in terris reliquerit. Ariminūq; nunc hēt petrū ac Iacobū per leones fratres latinis & græcis litteris appme eruditos. Ad sinistram

Maiolum. Bilium. marīdæ intus est ut diximus uerruculū prima Malatestar̄ patria Maiolū Bilium & ad fontē in appenino castrum ilicis. Est etiā ut diximus in exesi montis cacu mine Samarinū oppidū olim acer mons dictū ppetuæ libertatis gloria clarum: ul terius uia flaminia est sancta Iustina uicus & supra primis in collibus Sanctus ar changelus nobile oppidū: & in uia itē flaminia Sauignanū oppidū intersecat plu

Plusa flu. ra uetusti noīs fluuius: qui sub belaere castello mare īfluit adnaticū. Inde habetur paruus torrens Butriusi: cui supra uiā flaminiā adiacet longianū uiti oleaq; in cir

Rubicon cuitu ppulchre cōsitū. Sequit̄ magni quondā noīs torrens pexiguus rubicon ci salpinæ galliæ & Italiæ arua disterminare solitus pissatellū nunc qui sub flaminia uia ruconēq supra accolunt uocāt: fuitq; olim stāte & integra re publica Roma na lege phibitū: ne quispiā armatus illū iniussu magistratuū transgrederet̄. Eaq; lex loco mota in quo ab initio fuit posita marmore litteris īcisa elegātissimis ēt

Epigrāma nunc uisit̄. Quā libuit hic ponere iussu mandatūue. P.R. Cons. Impe. miles tyro cōmilito qsqs es manipulariue centurio turmæue legionariæ hic sistito uexiliū si nito: nec citra hūc amnē rubiconē signa ductū cōmeatūue traducito. Si qs huius iussionis ergo aduersus ierit feceritue adiudicatus esto hostis. P.R. ac si cōtra pa triā arma tulerit: penatesq; e sacris penetralibus asportauerit. S.P.Q.R. SAN CTIO PLEBIS CITI. S.VE.C. Notiora sunt q̄ de huius amnis & legis trāsgres sione. C. Iulii Cæsaris scripta sunt a multis q̄ ut ea a nobis hic scribi oportere iudi cemus: satisq; fuerit & locū & legē iudicasse. Incipit uero hic secundum uetustos gallia cisalpina de q̄. M. Cicero in philippicis. Nec uero de uirtute constātia graui

tate galliæ

ſueſſamq; pometiã ex his ui cœpit. Et infra idem Liuius eandẽ ſueſſam rebellem prædæ militi romano datã oſtendit. Et in octauo arunci metu oppidum deſeruerunt: pfugiq; cũ coniugibus ac liberis ſueſſam commigrarunt: quæ nunc arunca appellata: mœnia eorũq; urbs ab ſidicinis delata. Itẽ in nono ſueſſam eodẽ anno colonia deducta fuerat aruncoꝝ progreſſi ſueſſa pometia ſiue arunca per appiã ſilicibus ſtratam & per cauas uias dextro maſſico Calenũ octauo miliario inueniunt uetuſtã urbẽ: quæ nunc carinula dicitur. Eſtq; hinc falerno agro inde maſſico monti contigua. q̃q̃ uetuſta caleni oppidi ueſtigia aliquantulũ a nunc carinula ſunt remota: de qua urbe Horatius molle calenũ continet ſiniſtrorſum appiæ uiæ qua calenũ urbẽ a ſueſſa peti diximus & ipſi pariter ciuitati mons itẽ maſſicus ſupra teanũ ciuitatẽ ut diximus caleſq; uſq; ad calatiam continuatus: & licet mons ipſe dorſo uno a calibus ſiniſtrorſum ad uẽafrũ & inde ad uulturnũ recto curſu protendat᷑ altera pars facta alicubi uiis cauis & ſiluoſa ad caliculã ſiue nũc caianellũ ſe dextrorſum flectit: & uulturnũ ſed inferiori loco petit adeo ut inter prædictos montes & uulturnũ ſed ſuperiorẽ ſamnitibus cõtinentem campi relinquantur uenafrani ſemper antea ſicut & nunc a ciuitate illis contigua appellati. Nãq; Plinius de oliuis tractans uenafranos cãpos dicit glareoſos ſed pingues feraciſſimoſq; oleæ eſſe hiſq; cãpis adiacẽt hĩc mignanũ peſantianum uatianũq; inde ſextũ & ſuperius ſicut diximus ultra uulturnũ ſunt Alife. ſed alia parte uulturnum inter interiorem contra caianellũ labentem quouſq; per capuã & olĩ caſilinum fertur in mare & omne ſuperius dictũ montis tractum & alteram eiuſdem maſſici partẽ quæ a carinulla ad maris littora & ſinueſſanũ olim agrũ nũc montis draconis ſuburbium pertinet: campeſtre eſt ſolũ totius Italiæ amœniſſimum: quem olim cãpum ſtellatẽ apellauere: eidemq; campo partim imminent partim inſunt calenũ ptimo ſiue carinulla turris fracoliſii teanũ ſidicinũ cales ſiue calui & calicula ſiue caianellũ: ſed quod maſſico monti contigiſſe diximus ut ad liris oſtia pars eius appellaretur gaurus pariter ad aliã contigit partem: & inter carinullam turrimq; francoliſii galicanus olim ſit dictus: ubi caſcanũ incolæ nũc appellant: de campo autẽ ſtellate ſic habet Liuius in nono in campũ ſtellatẽ agri campani ſamnitiũ incurſiones factæ: idem in decimo Samnitiũ legiones quom partem Appius claudius prætor partẽ Lu. Volũnius procõſul perſequeret᷑ in agrũ ſtellatem cõuenerũt. pugnatum ĩfeſtis animis. cæſa ſamnitiũ ſexdecim milia trecẽti. Item. xxii. Hãnibalem theleſia potitũ. auditis capuanis duobus alternis fidẽtem ac diffidẽtem ut campaniam ex ſamnio peteret monuerũt. ipſe imperat duci ut ſe ĩ agrum caſinatem ducat edoctus a peritis regionum ſi eum ſaltum occupaſſet: exitum populo romano ad opem ferẽdam ſociis ĩterclуſurum: ſed pœnũ abhorrẽs ab latinorũ prolatiõe nomẽ caſalinum pro caſino ducem accipere fecit. auerſuſq; ab itinere per alifanum calatinũq; & calanum agrum ĩ campum ſtellatem uſq; ad caſilinum deſcẽdit: ubi cum mõtibus fluminibuſq; clauſam regionem circũſpexiſſet: uocatum ducem uirgis cæſum ĩ crucẽ ſuſtulit. caſtris ad uulturnum amnẽ cõmunitis Hannibalem cum eqtibus in agrum falernum præda

Calenum.

Campi uenafra.

Plinius.

De campo ſtellate.

Caſcanũ.

Liuius.

tum dimisit:usq; ad aquas sinuessanas ea populatio peruenit:ut uero ad uulturnum amnē castra sunt posita exurebatur amœnissimus Italiæ ager: uillaq; passim incendiis fumabant per iuga massici montis fabio ducēte:ut uero in extrema iuga massici montis uentū est hostes sub oculis erāt falerni agri colonorumq; sinuessæ tecta utentes:qui ergo a thelesia nunc etiam id retinente nomen & a nobis in samnio supra uulturnum dextro e semiensi amne descripta mouebat Hannibal ut ad casinum iret per alifanum quidem primo:sed in dextrorsum ad uenafrum:ab eoq; oppido casinum fuit ducendus:sed dux errore nominis auerso sicut proprie

Caiatia. dicit Liuius itinere sinistrorsum flexit in calatinū cuius urbem nunc Caiaciā pro calatia dicunt:& transmissis quod euitari nō potuit angustiis cannaæ siluosarūq; uiarū q̄ ad caliculā nunc cauanellum ducunt peruenit ad calenum agrū eius .s.ciuitatis quæ pro cales sidicino dicta est calui.& per ipsum stellatē procedens campum nō prius uix intellexit errorem:q̄ ad propinquū casilini quod nunc castellutiū appellant uulturnū perductus clausam montibus & fluminibus uulturno ac saono regionem mœstus circūspexit castris. Itaq; ad castellutiū uel ibi prope positis facile fuit maherbali usq; ad aquas sinuessanas ubi scilicet saonus in stagnum effusus labi incipit in uulturnū prædatū ire. Vt uero ad prædictum uulturnum castra sunt posita exurebatur amœnissimus Italiæ ager is scilicet qui falernus tūc appellatus pertinebat a carinula ad castellutium siue tunc casilinū:quod

Liuius. Liuius agrum falernum a campano diuisisse asserit per iuga massici montis ea uidelicet quæ a carinula ad maritimā oram protenduntur Fabio ducente. Vt uero ad extrema ipsius massici montis peruenit Fabius hostes sub oculis erant:q; ab ipso mōte massico uix quattuor milia passus castellutiū & uulturni fluenta distāt. Prius uero quam Hannibalis redditum in samnites describam:aliqua referre libet ex quibus campus stellas qualis q̄tusq; fuerit patebit. Marcus Cicero legē dissuasurus agrariam qua rullus Cornelius decemuir & collegæ agrum campanum stellatemq; campum & supradicta ad gaurum lirimq; & siletaq; cum uia herculantea uendere intendebat sic habet: At enim ager campanus hac lege amittitur orbis terræ pulcherrimus.& infra adiungit stellatem campum agro campano & in eo duodena distribuit in singulos homines iugera quasi uero paulum nō differat ager campanus a stellatis. Nam dixi antea lege permitti ut quæ uelint municipia quas uelint ueteres colonias colonis suis occupent calenum municipiū complebunt:tranum oppriment & atellam. Ostendit uero prædictis in orationibus Cicero non solum uiam herculanteam gaurūq; & sileta ad minturnas: sed campum quoq; stellatem peculiares fuisse Populi Romani fundos ex quibus alerentur exercitus.

Suetonius Quod quidem Suetonius Tranquillus innuere uidetur quom dicit. C. Cæsarem in consulatu suo ad gratiam Romani populi comparandam diuisisse campum stellatem uiginti milibus ciuibus Romanis quibus tres siue plures filii essent:ut autem ad Hannibalem redeamus:dicit Liuius Fabium tādiu extraxisse reliquum æstatis ut Hannibal destitutus ab spe summa appetiti certaminis iam hibernis locum circunspectaret: quia ea regio præsentis erat copiæ non

perpetuæ

perpetuæ arbusta uineæq; & cõsita õmnia magis amœnis q̃ necessariis fructibus. Itaq; quom sciret Hannibali per easdem angustias quibus intrauerat redeundũ esse gallicanum montẽ & casilinum occupat modicis præsidiis.& infra inclusus deinde uideri Hannibal & casilinum obsessus cum capua & samniũ & tantum à tergo diuitũ sociorũ romanis cõmeatum subueheretur pœnus tunc intra fortunæ minas saxa ac linterni arenas stagna p horrida situ hibernaturus esset.Itaq; quom per casilinum euadere non posset:& iugũ caliculæ superandum esset ludibrium oculorum speciem terribilẽ ad frustrandum hostem cõmentus duo milia boum cornua fascibus sarmentorum igni accensorum in mõntẽ gallicanũ nunc cascanum turri sicut diximus francolisii imminentẽ a Fabio præocupatũ egit. & interea Romani qui ad transitum saltus insidendum locati erant ubi in summis montibus ac super se quosdam ignes cõspexerunt præsidio excessere.Interea toto agmine Hannibal trãsducto in agro alifano posuit castra.Fabius quoq; mouit castra :transgressusq; saltum super alifas loco alto cõsedit.Tum Hannibal simulans se per samniũ petere Romam usq; in pelignos peruenit:fuitque uia nũc etiam trita:& qua nuper Neapolim iuimus ipsi ab alifis traiecto amne uulturno sub formelo monasterii sancti Vincentii sicut in samnio ostendimus castello ad castrũ sarni siue ut dicunt sangri eo exinde superato qui adiacet colle profectus Hannibal amnem rasinum sinistrorsum relinquens ad furculas pelignorum nũc palenæ dictas peruenit:unde flexo itinere per frentanos ortonenses aprutinos retro apuliam repetit.Sed iam ad nostrũ ordinem redeamus uulturni amnis ostio dextrorsum urbs olim adiacebat ipsius nomine uulturnum appellata. Liuius uigesimosexto.Capua interim summa ui a consulibus obsideri cœpta est: quæq; in eam rem opus erant comportabantur parabanturq;.Casilinum frumentum conuectum ad uulturni ostium ubi nunc urbs est castellum communitum ante Fabius maximus cõmunierat præsidium impositum ut mare proximum & flumen in potestate esset.Item Liuius libro trigesimosecundo.Ostendit coloniam romanam fuisse deductam uulturnum urbem ad ostia uulturni amnis sitam ubi nũc oppidum castellũ ad mare dictum uidemus:supraq; castellũ ad mare uulturno dextrorsum adiacet uiculus castellutium appellatus ubi casilinum fuisse non cõiecturis modo sed multis quoq; ducimur argumentis:primumq; nominis similitudo in cæterarum concursu rationum non parum ualet:sed & cætera habet castellutium quæ de casilino apud Liuium scripta uidemus propinquitatẽ castello quod Fabius ad uulturni ostium communierat ut in his duobus maritimis oppidis uix tertio inuicem distantibus miliario frumentum deponi potuerit sardinia auectum:quod postea Capuam importaretur.Castellutium quoq; diuidit supra descriptum falernum agrum a campano & propinquum est sinuessano olim nũc montis draconis agro.Nec moueat quẽquã ruinarum ueteris ædificii paucitas: quæ nunc in castellutio apparet:casilinũ enim parua urbs nequaquam mœnium structurarũq; munimento sed prænestinorũ perusinorumq; qui forte præsidio in erant uirtute eam pertulit duussimam obsidionem.Si uero fuerint qui apud ui-

Formelũ.

Rasin⁹ fl.

Castellutium.

tos superiore loco appositos uulturno cancellũ & amonum fuisse casilinũ ideo opinentur ꝙ in prædictorum aliquo maiusculæ cernantur uetustates cõsiderare debebunt, Solam eorũ a mari & a uulturno castello distantiã ne maritima appellari potuerint aduersari & præter id esse apud castellutium non apud cancellum aut amonum eam amnis uulturni tortuositatem:quã Liuius apud casilinũ fuisse dicit Amonum etiam paululum a prisco mutatum est uetus Romanum nomẽ quo & non casilino Liuius si uoluisset uti potuisset. Nam petrus noster candidus in parallelarum Plutarchi translatione uitam Fabii maximi & gesta Hannibalis ad casilinum describens sic habet, In ultimas campaniæ oras casilinum usq; delatus est qua uulturnus fluuius quem natoronũ Romani appellant defluit. Ea regio montibus undiq; obsessa uersus mane duntaxat importuosum ac fluminis ostia aperitur. Cætera de casilini obsidione notiora sunt q̃ ut ea hic poni oportere iudicemus. Sed id unum in casilini præconium libet dicere casilini obsidione factum esse ut salua fuerit ab Hannibale res romana:quandoquidẽ eius loci obsidionis causa Hannibalis animi ex recenti uictoria cannensi ardentes refrixerunt. & inclusus Capuæ exercitus ille ferocissimus campanis delitiis eneruatus est: ne etiam amonũ post amissam casilini nominis uetusti gloriã qua a nonnullis ornari consueuit suo etiam careat præconio rem nouã ipsius uici occasione dicemus

Falconis. falconis auis aereæ & rapacissimæ aucupiũ:quo inclytus Rex Alphonsus arago

Aucupiũ. apud amonũ plurimo utitur:ante ducentos annos omnino incognitũ fuisse. Nã & si Seruius grãmaticus Capuã dicit ab augurio falconis eo nomine appellatam ꝙ etrusci eius urbis cõditores capim in augurantes uiderint quo nomine falconem appellabant:tamen quis fuerit hominibus dict. auis usus nõ scribit pariter

Capis Plinius quom multa ponat rapacium auium nomina accipitres scilicet maiores

Plinius. & minores achiluones quos aliqui falcones fuisse uolũt:tamẽ nullã aucupii usus earũdẽ auiũ facit mentionem:ut etiã non sit dubitandũ quin si temporibus Vergilii eius aucupii usus fuisset Aeneã facturus fuerit & didonẽ eas quoq; aues in uenationẽ tulisse ubi dixit Massiliq; ruũt equites & odora canũ uis. Audemusq; confidenti assertione dicere ante ducentissimũ ut diximus annũ nullam gẽtẽ aut nationem consueuisse rapaci aliqua aue mansueta alias aues terrestres aut aquatiles aut aerias capere. Supra castellutium siue casilinũ & duodecimo a mari miliario amni uulturno adiacet urbs Capua nouo quidẽ loco:qui duo milia passus a

Capua. priori Capua est semotus. Nec id multis differi oportet:quãdo uetustæ urbis fundamenta portæ theatra tẽpla & cætera ædificia moles magnæ apud sanctæ Mariæ basilicã cui de gratia est cognomen internoscuntur. De capuæ autẽ origine & nomine sic habet Liuius in quarto peregrina res, sed memoria digna traditur eo anno facta, Vulturnũ etruscorũ urbẽ quæ nunc Capua est ab samnitibus captã, Capuamq; ab duce eorũ Capuo uel quod propius est uero a campestri agro appellatã cœpere autẽ prius bello fatigatis etruscis in societatẽ urbis acceptis deinde festo die graui somno epulisque incolas ueteres noui coloni nocturna cæde adorti. Notissima uero sunt & relatu longiuscula quæ Liuius de Capua tradit: sed di

gniora

gniora summatim accipiemus libro.xxiiii.dicit Hannibalem quom descendisset ad mare inferũ oppugnaturus Neapoli flexisse iter in capuã luxuriantem longa fœlicitate ac indulgentia fortunæ:eamq; recepisse.& infra eundem Hannibalem castris apud casilinum communitis præsidioq; modico imposito in hiberna Capuã concessisse ubi exercitus ille campanis emarcuit delitiis:quẽ uero finẽ habuerit Capuanorũ cũ Hannibale amicitia & si uulgo notissimũ est paucis dicemus Capua a romanis capta, dicit Liuius quosdã ex Romanis censuisse delendã esse urbem præualidam propinquã inimicã:cæterũ præsens uicit utilitas: nam ꝓpter agrũ quem omnium fertilitate terræ satis constabat in Italia primũ esse urbs seruata est:ut esset aliqua aratorũ sedes urbis frequentandæ multitudo incolarũ libertinorũq; & institorũ opificũq; retenta:ager omnis & tecta publica Populi romani facta:cæterum habitari tantũ urbem Capuã frequentariq; placuit corpus nullum ciuitatis nec plæbis consiliũ nec senatus esse sine consilio publico siue imperio nec sæuitium incendiis ruinisq; in tecta innoxia murosq;. Marcus aũt Cicero quom legem agrariam supradictam dissuaderet qua Capuã deduci coloniã uolebant oratione prima habet aliqua:quæ non dubitamus Titũ liuium quando supradicta scribebat perlegisse, Capuam deduci coloniam uolunt illã urbem huic urbi rursus opponere.Qui locus propter ubertatem agrorum abundantiamq; rerum omnium superbiã & crudelitatẽ genuisse uidetur:maiores nostri Capua magistratus senatũ consiliũ cõmune omnia deniq; insignia reipu.sustulerunt. Neq; aliud quicq̃ nisi inane nomen capuæ reliquerũt ꝙ uidebant si quod reipub.uestigiũ illis mœnibus contineretur urbem ipsam imperio domicilium præbere posse, & in oratione item in rullũ secunda. At enim ager campanus diuiditur orbis terræ pulcherrimus:& Capua colonia deducitur urbem amplissimam atq; ornatissimam:& ĩfra unũ ne fundũ pulcherrimũ Populi Romani caput uestræ pecuniæ pacis ornamentũ subsidiũ belli fundamẽtũ uectigaliũ horreũ legionũ solatitium annonæ dispetire patiemini? At uero hoc agri campani uectigal quom eiusmodi sit ut domi sit & omnibus præsidiis oppidorũ tegatur neq; bellis sit infestum:nec fructibus uariũ nec cœlo & loco calamitosum. Et infra campani sẽp supbi bonitate agrorũ & fructuũ magnitudine urbis salubritate ac pulchritudine ex hac copia & omniũ rerũ affluẽntia primũ illa nata est arrogãtia quæ a maioribus nostris alterũ consulem postulauit:deinde ea luxuries quæ ipsum Hannibalẽ armis etiam tuhc inuictũ uoluptate uicit:hanc ipsam urbem contra ac Cicero suaserat Julius Cæsar coloniam deduci uoluit:de quo Suetonius quom in colonia capua deducti lege iulia coloni ad extruendas uillas uetustissima sepulchra disiicerent: idq; eo studiosius facerent:quod aliquantũ operis antiqui scrutantes reperiebant tabula ænea in monumento in quo dicebatur capis conditor capuæ sepultus inuenta est:eandem uero capuã urbẽ quam Romanus populus in tam iusto odio seruauit & quã Cicero tantis extulit laudibus rex Vandalorum gensericus ad annum sexcentesimũ postq̃ Romanis fuerat subdita ferro igniq; destructã reliquit habitatoribus destitutã:& cum ostrogothis a Narsete omni potẽtatu deiectis eo

Luxuries Cãpanorũ

dem loco eosdéq; inter parietes & muros capua rehabitata esset: ad annũ inde circiter centesimũ a longobardis sub triginta ducibus tunc a gentibus iterum destructa fuit. Quis autem & quo tempore postea eam ad hũc in quo nũc est duos mille passus remotum transtulerit locum nec alicubi legimus: nec ab his qui inhabitant ciuibus scire potuimus. Plinius in Italiæ descriptione quom ad capuã peruenit campũ illi adiacere dixit leborinum totius Italiæ amœnissimum: & libro septimo decimo de terrarũ diuersitate tractans leborinũ capuæ campũ nobilẽ appellat eiusq; solũ dicit arduum opera & difficile cultu bonis q̃ uitiis uberius pascere est uero hoc totũ campestre solũ quod a tiphatis monte urbi imminente ad Neapolitanos puteolanosq; colles ptinens uulturno ab ipsa urbe capua ad eius: ostia quibus se in mare exonerat est clausum: & periti regionis Capuã ciues affirmant campos qui aduersam urbem nouã ad atellæ urbis uetustæ ruinas ædificatã circunstant in trecentorum annorũ publicis priuatisq; monumẽtis dici leborios: eã uero uim habuit leborinæ terræ appellatio ut campaniæ nomen in suum mutari optinuerit. Idq; nos meliuscule q̃ a prauis cronicarum scriptoribus est traditum referre confidimus. Capua urbe uetusti in eam romanorũ odii & binæ desolationis execrabili infamia laborante uicini urbium oppidanorumq; populi campanos se appellari ignominiosum periculosumq; ducentes id declinarunt patriũ nomen: & sese leborinos pro campanis dixere: effecitq; obstinata eorũ perseuerantia: ut quicquid urbium & locorum in campania censeri solebat de terra leboris diceretur. Sed corruptum nunc laboris uerbum in eam partem ab ignorantibus accipitur: ut laboris terram cui labor utiliter impendatur dictã existiment: quãq̃ non desunt qui magis absurde dicant terram hanc a labore quem illi capiendæ e dominio subigendæ impendi oporteat sic a maioribus appellatam. Atella uero urbs cuius sæpe meminit Liuius: & quam Cicero supra de lege agraria cum teano opprimi ægre ferendum ostendit fuisse ubi nunc est noua urbs aduersa præter alias rationes hoc uno constat argumento q; sanctæ Mariæ ecclesia haud longe ab aduersa cognomen in atella uetustum retinet. Libetque utriusque urbis & ueteris & nouæ dignitates referre: primum atella haud quaquã minora in re parua quam Capua in magnis pæbuit campanæ luxuriæ documenta: si quidem pro superbiæ & crudelitatis origine: quam Cicero tribuit Capuæ hæc atellanarum carminum lasciuiam modulationemq;: quod nomẽ indicat. & Macrobius affirmat inuenit: quid uero hæ fuerint Atellanæ. M. Varro Aulus gelius Macrobiusq; & Iuuenalis satyricus sæpe indicant: earumq; artis cũ non expediat nec sit huius temporis & loci inquirere documentum satis supraq; fuerit obscœnam notare lasciuiam pueri & puellæ luxuriemq; spumãtes natu maiores compositum metro ac musica modulatione lasciuis & omnia dictu factoq; pudenda exprimẽtibus uerbis carmen motu quoq; corporis & gestu quaquã uersum etiam resupinato ita in choreis: & ad impudicorum mensas pronuntiabant gesticulabanturq;: ut nihil præter ipsum coeundi exquisitissimũ deesset effectũ meliora aut originis & disciplinæ rudimẽta habuit urbs aduersa Robertus Guiscardus uir gloria & laude dignissimus

Marginal notes: Cãpus leborinus. — Terra leboris. — Atella. — Lasciuia atellanarũ.

gnissim⁹ magnā & præstantē eam Italiæ partem quæ regnū Siciliæ aut Neapolitanū est appellata a sarracenis græcisq; laceratā ad regni ipsius formā primus redegit: qui neapolim capuāq; una eadēq; ꝑmens obsidione castra apud atellā habuit cōmunita: in qbus quom aliquod ꝑseuerasset annis ciuitatem cōdidit ab ipsoq; aduersandi præclaris & potētibus urbib⁹ affectu aduersæ illi nomen in rei gestæ memoriā dedit. Sed iam ad maris littus est redeundum. Post uulturnū sequitur clani⁹ amnis apud suessulā oppidū medio pene inter Capuā & Nollam urbes tractu in montibus oriundus. estq; is fluuius de quo Vergilius, Clanius nō æquus acerris: quia acerrarū urbis agrum sicut & capuanum olim atellanum nūc aduersanum multis inundat in locis: adeo ut longiusculis pontibus eum capuā inter & aduersam urbem oporteat iungi: ad quos pontes molas esse multas uidemus. eidem clanio haud longe a mari infero turris apposita est parum uetusta nunc patriæ appellata: & in ruinis Linterni Scipionis Aphricani uillæ ædificata. Nanq; ptolomæus Pomponiusq; Mela plinius & Guido Rauennas, Iginii imitator Linternum inter uulturnum & cumas ponunt. Liuius autem uno in loco cum supradictis sentire in alio discrepare uidetur. Nam libro uigesimosecundo quom difficultates afferret quibus Hannibal coactus uideretur ex falerno agro qua uenerat angusta uia in samnium redditurus quod supra diximus sic habet pœnus tunc intra fortunæ minas ac Linterni harenas perhorrida situ hibernaturus esset. Quom ergo ad sinistram uulturni tunc ageret Hannibal nec ipsum amnem ibi præaltum uado neq; ponte ad casilinum communito ac præsidiis firmato transmissurus uideretur oportuit ad falerni agri partem esse Linternum: ubi eum Liuius nisi angustias superasset hyematurum fuisse dicit. & libro uigesimotertio idem Liuius cum fraudē scribit qua capuani cumas suis partibus adiicere sint conati sic habet, Interim Titus sempronius consul sinuessæ quo ad conueniendū diem edixerat exercitu lustrato transgressus uulturnum flumen circa linternum posuit castra. Ex quibus nulli dubium fuerit constare Linternum fuisse sicut dicti asserūt cosmographi ad eam uulturni partem quæ spectat in cumas: necessariūq; erit & dicere & tenere Liuium qui loca perambulauerit & Linterni sicut infra ostendimus Scipionis statuā tempestate disiectam uiderit sciuisse uillam quidem ultra uulturnum, sed eius agrum harenosum stagnosumq; citra extitisse. Est uero Linternū locus in quo Cn. Scipio Aphricanus uolūtariū egit exiliū: quē fama est morientem sepulchro inscribi iussisse, Ingrata patria ne ossa qdem mea habes. Quæ facta in monumento ingratitudinis patriæ inscriptio effecit, ut locum nuper certius exploratiusq; inuenerimus. Nāq; ad dictum amnem claniū paulo supra ostiū quod habet in mare turris est riuus ædificiorū ueterū superædificata: quā ut diximus turrim patriæ uocant ubi id monumentū fuisse tenemus. Et præter id patriæ uocabulū præterq; supradicta ptolomæi plinii Liuii & alioꝝ testimonia certitudinēquoq; attulit nobis euidētiorē fons aquæ accidulæ: quē plinius Linterni fuisse dicit: cuius aqua uini modo faciat temulentos. Scatet enī nūc etiā inter ꝑdictas ædificiorū ruinas aqua quā pastores

Atella. Aduersa.c Clani⁹ flu. Pontes Molæ Linternū Linternū. Cn. Scipio nis sepul.

ſtores affirmant epotā omnes capitis langores curare. Nos eaq; accurate guſtata ſaporem qdem ut cæterarꝫ quæ bibuntur bonū eſſe cognouimus, ſed quāuis fumos ab ea in nares ſicut a uino conſueuit non ingratos olfauerimus quos potatio habeat effectus forte ob hauſtus moderationem intelligere nequimus.

Seneca. Seneca epiſtola. Li. Linterni honeſtius Scipio q̄ baiis exulabat. Sepulchri autem eiuſque inſcriptionis & monumenti ac ſtatuæ ſi nullū nūc extat certū indiciū minus mirorꝙ;

Liuius. Liuius patauinus qui minus centū annis ab illius ætate abfuit qd ipſe uiderit li. xxix. ſcribit. Scipionem alii Romæ alii Linterni mortuum & ſepultum ferunt. utrobiq; monumenta oſtenduntur & ſtatuæ. Nam & linterni monumētū: monumentoq; ſtatua ſuperimpoſita fuit: quā tēpeſtate diſiectam nuper uidim⁹ ipſi & Romæ extra portam capenam in Scipionū monumento tres ſtatuæ ſunt duæ Publii & Lucii Scipionū dicunt eſſe tertia poetæ. Q. Ennii: & Seneca epiſtola. lxxvii. initio uidetur id ignoraſſe ſepulchrum. Nam dicit in ipſa ſcipionis uilla iacens hæc tibi ſcribo adoratis manibus eius & ara quā ſepulchrum eſſe tanti uiri ſuſpicor

Cumæ. Linterno Cumæ ad quintū adiacēt miliare interq; utrūq; locum

Vaciæ uilla. qua in parte littus inter ſtagnum & mare incuruat uilla fuit ſeruilii Vaciæ: quā ſeneca epiſtola. lv. deſcribit. Dicitq; prætoriū hominem illum diuitem nulla alia re notū fuiſſe q̄ eius uillæ otio in quo conſenuerit: ut occupati aliquando clamauerint, O Vacia ſolus ſcis uiuere quom tamen ille iudicio ſenecæ ſciret latere non uiuere, Vnde dicit de ſe ipſo ſeneca ſolitum quotiens illac tranſiret iocando dicere non de uiuo ſed tanquā de mortuo hic ſitus eſt uacia. Cumanæ urbis originē hanc tradit Liuius in. viii. Cumani a chalcyde euboica originem trahunt claſſe qua aduecti domo fuerant multum in ora maris eius quod incolunt potuere primo in inſulam enariam & pytacuſas egreſſi: deinde in continentē auſi ſedes transferre Vergilius, Et tandem euboicis cumarum illabitur oris & hic ubi delatus cumæam acceſſeris urbem: ſuper quo ſeruius euboea inſula eſt: de cuius ciuitate chalcyde profecti ſunt ad nouas ſedes quærendas & haud longe a baiis q locus a Baio Vlyxis filio illic ſepulto nomen accepit. Inuenerunt ua cuū littos ubi uiſa muliere grauida ciuitatem condiderunt. Liuius in ſecūdo, Acceſſita deinde auxilia & a latinis populis & a cumis, Cumanæ cohortes arte aduerſus uim uſæ declinauere paululū: effuſæq; palantes hoſtes conuerſis ſignis a tergo adortæ ſunt. & infra, Inſignis hic annus nuncio Tarquinii mortis: mortuus eſt Cumis quo ſe poſt fractas opes latinorum ad Ariſtodemū tyrannū contulerat. & libro quarto eodem anno a campanis cumæ quā græci tūc urbem tenebant capiuntur. & octauo Cumanos Sueſſulanoſq; eiuſdem iuris conditioniſq; cuius Capua eſſe placuit. Eſt uero cælſus in urbe Cumana collis in cuius cacumine fuit templū apol

Templum Apollinis. linis: de quo Vergilius, Arces quibus altus Apollo præminet. Et quidem nūc ea in urbe quam uidimus omni deſtitutam habitatore præter rupes ſaxo ſtupendas uiuo pinnæ cernuntur murorꝫ excelſæ. & ubi Apollinis arx fuit ſacellū eſt chriſtianū & ipſum uetuſtate conſumptū: nihilq; extat integrum niſi cauerna fronti

Sibyllæ antrum. ſpitio decorata manufacto: quā Sibyllæ antrum fuiſſe ſocius itineris noſtri proſper camuleius

ſper camulei⁹ uir doctus eam ingreſſus quibuſdam coniecturis affirmauit. Fuit quoq; cumis propinqu⁹ ad tria milia paſſus Hamarũ locus ſacer: de quo Liuius uigeſimotertio Capani adorti ſunt rem cumanã ſuæ iuriſdictionis facere primo ſollicitantes ut ab Romanis deficerent: ubi id parũ proceſſit dolũ ad capiẽdum eos comparant. Sacrificiũ ad hamas nocturnũ erat: huius uero olim celebris loci mons arduus qui a balneis nũc tripergulanis uix mille quingentos abeſt paſſus ruinis ad uerticem tegiť conſpiciendis: & quibus nulla eſt propior tripergulis hominũ habitatio aut cultura, ad partẽ uero: qua cumæ ſpectant in auernum & baias diſtat pariter ab utriſq; urbibus fornix lateritio opere ſublimibus colũnis ſuſtentatus cuicũq; Romano operi cõparandus. Abeſt deinde qnto a cumis Miſenus mons Vergilii carmine celebratus, Et nũc Miſenus ab illo dicitur. Eidemq; qua ſpectat in cumas lacunæ adiacent nunc mare mortuũ appellatæ: circa quas incontinentis ſupercilio ruinæ & fundamenta cernuntur eximia. Fuit nãq; locus in quo Suetoni⁹ tranqllus ſcribit Octauianũ Auguſtũ claſſem apud miſenũ in ſtituiſſe ingentẽ: quæ uerſas in tyrrhenũ mare imperii Romani prouincias hinc Galliam & utranq; Hiſpaniã inde Mauritaniã Aphricãq; & interiectas inſulas tutareť. Eratq; eius claſſis præfectus Plini⁹ Veronenſis: quãdo apud ueſeuũ mõtem incendio eſt abſumptus. Diſtãt a miſeni promõtorio hinc cumæ ſicut diximus qnto inde Lucrinus auernuſq; totidẽ mille paſſus: & cum a cumis uix quattuor milib⁹ & terreſtri uia abſit auernus illa quinũ undiq; milium maritima longitudo terram ambit omniũ olim Italiæ pulcherrimam in qua baiæ fuerunt ciuitas opulenta. Idq; omne ſolũ & ſi quinis ut diximus productum eſt milibus latitudine: tamẽ parũ uariata duo alicubi & minus alibi milia explet ut digiti unius ſpeciẽ præ ſe ferat: quo in terraꝝ ut ita dixerim digito tã multa cernunť: partim integra in ſubterraneis: partim ſuperius ſemiruta: partim in ruinas collapſa ueterum operum monumenta ut extra urbis Romæ mœnia nihil illi toto in orbe terrarum ædificioꝝ magnitudine ac pulchritudine par credam: exiſtimẽq; fuiſſe ut non iniuria dicat Horatius nullus in orbe locus bais prælucet amœnis. Quomq; miſenus e regione puteolos ſpectet. mare quo inuicẽ dirimunť ex Suetonii tranqlli in uita Caii calligulæ ſententia uix tria milia paſſus & ſexcẽtos implet: unde ſinus utrobiq; dictus olim baianus a miſeno in intimũ auerni ſinũ qnis & totidẽ ab auerno in puteolos milibus ẽ pduct⁹. Fuerit uero opoſum ſingula deſcribere q̃ aut digit⁹ ille terreſtris: aut ſinus baianus hẽt, ſed digniora q̃tũ fieri poterit breuiter attingem⁹. Primũ Miſenus ipſe mons qua in pmontoriũ coarctať. & ſi natura cauernoſus fuit: tñ tãtis excauatus eſt opeꝝ laborib⁹: tantis uel marmoreis uel lateritio & lapide quadrato cõpactis in ſublime ductis ſuſtẽtať colũnis: ut ubiq; penſilis uideať. erantq; ut apparet intus balnea: erãt natatoria: erant ad cœnas luxumq; triclinia, ſuperius uero incontinenti & qua uergit in prædictum miſenatium claſſis locũ fundamenta uiſuntur his qui non uiderint incredibilia: ubi piſcinam uulgo mirabilem dicũt, nam cũ ea pulchritudine ut cõſtat ædis deſuper deſtructæ fundamenta fuerint pars hæc extans ſubterranea ſublimibus ſuſtẽtata lateritiis

Hamæ
Miſenus mons.
Baiæ.c.
Suetoni⁹.
Sinus baianus.
Piſcina mira.

PP

lateritiis columnis ducentos quinquaginta longitudine centūq; & sexaginta latitudine passus patet, & ita est integra ut noua uideatur: quā Lucii luculli domū quæ illi erat in baiano fuisse tenemus, & qa in loco omnium Italiæ callido est sim uidet esse illa de qua Plutarchus scribit Lucullū per bellem cum Cn. Pompeio ac Marco Cicerone & plærisq; illius sæculi principibus uiris iocatum fuisse cū ipsis omnibus Romanis in Lucullano nūc frascato apud Lucullū æstate cœnantib⁹ Pompeio imperitiā ædificandi in Lucullo damnāti q̄ domū pulcherrimā sumptuosissimāq; nimis multis porticibus fenestrisq; apertā æstati quidem idoneā sed hyemi omnino inhabilem fecisset. illi respondit uirtuti suæ pompeium detrahere qui grues se prudentiores existimet æstiua loca hyemaliaq; alternis inhabitantes. Sese enim dicit qui hāc in Lucullano æstati idoneā fabrefecerit: alterā in semper uernāti baiano hyemalem pulcherrimāq; exædificasse. sepulchra uero & uillarū aliorūq; monumento℞ uestigia partim omnino prostrata: partim semi integra tam multa eo in quinū miliū peninsulæ & digiti territorio cernuntur: ut continuatā ibi urbem potiusquā dispersas per agrum uillas fuisse appareat. Sed iam sinū describamus Baianū: de quo nihil est quod admirabilius dicere possimus q̄ q̄ omnia eius littora decem milia passus a miseno ad puteolos in circuitu protensa ædificiis & q̄dem omniū quæ raro alibi uiderimus maximis contecta ac continuata fuerūt: quom eo℞ pars collib⁹ imposita cælsissimis & in apertum prominentib⁹ pelagū brachiis sustentata fuerit insanaℹ moliū opere in profundissimū mare iactis. Extant tamen aliqua pene integra thermæ scilicet ad ipsum baianum sinum intimū: qui unicus nūc locus priscā baiani appellationē memoriāq; conseruat. Sūt & aliæ pene similes thermæ illis propinquæ: quarum cōditoris & nominis notitiā habere nequimus. Sed balneū longe infra auernum petentibus & Lucrinū est obuiū nedum ædificii structurā sed & picturā quoq; aliqua ex parte integram conseruans: in quo uersuum pars pictorum extat: ex quo℞ uerbis carptim lectis coniicere licet id fuisse Ciceronis balneum: cui id carmen libertum eius ascripsisse Plinius asserit. Supraq; illud idem Ciceronianū aliud est balneum in lōgam tortuosamq; fossam saxo excauatum: quod sine aliquo aquæ calentis usu solo uapore sudores prouocat copiosissimos: & sicut ferunt medici saluberrimos. Fuit uero maioribus thermarum huiusmodi usus quas ab actu fricandi tergendiq; necessario frictolas appellarunt: easq; æque ac balneas uiduis & uirginib⁹ christianis euitādas esse gloriosus ecclesiæ doctor Hieronymus admonuit. Tritolam nunc corrupte appellant. Incipitq; ad eam sinus baiani partem Lucrinus esse, De quo in Vergiliani uersus expositiōe: An memorem portus lucrinoq; addita claustra. Seruius sic habet in baiano sinu campaniæ contra puteolam ciuitatem lacus sunt duo Auernus & Lucrinus: qui olim propter copiā piscium uectigalis magna præstabant. Sed quom maris impetus plærunq; perrumpens exinde pisces excluderet & redemptores grauia damna paterentur: supplicauerunt senatui & profectus Cæsar ductis brachiis exclusit partem maris: quæ ante infesta esse consueuerat reliquitq; breue spatium per auernum quo

Marginal notes: L. luculli domus. — Grues. — Baian⁹ si. — Thermæ baiāi sin⁹. — Sudorie. (manuscript) — Frictolæ — Lucrinus. — Auernus. — Cæsar.

num quo & copia piſcium poſſet intrare & fluctus nō eſſent moleſti: quod opus Iulium dictum eſt. de eodem Suetonius portum Iulium apud baias immiſſo in lucrinum & auernum mari lacum effecit. Et Seruius in uergiliani uerſus expoſitione diuinoſq; lacus ſic dicit Auernus & Lucrinus lacus antea ſiluarū denſitate ſic ambiebantur ut exhalans inde per anguſtias atquæ ſulphureæ odor ſuauiſſimus ſuperuolantes aues necaret: unde & Auernus dictus. Quam rem Cæſar audiens deiectis ſiluis amœna reddidit loca. & infra in Vergilianum uerſum Acheronte refuſo. Acheron fluuius dicitur infernoꝝ. Sed conſtat locū eſſe haud procul a bais undiq; montibus ſeptum: adeo ut nec orientem ſolem poſſit aſpicere nec occidentem ſed tantū meridionalem Baiani ſinus latitudinem de qua diximus. Suetonius in Calligulæ uita ſic oſtendit, Baianum medium interuallum & puteolanas moles trium miliū & ſexcentorū fere paſſuum ponte iunxit contractis undiq; onerariis nauibus & ordine duplici ad ancoras collatis ſuperiecto aggere terreno ac directo in appiæ uiæ formā. per hunc pontem ultro citroq; commeauit biduo continenti primo die falerato equo inſignis quoq; ciuica corona & ſcutum tenens & gladio aureoq; clamyde poſtridie quadrigario habitu curriculoq; biiugi famoſorum equoꝝ, ſed & Nero illius ſucceſſor maiores circa baianum excogitauit inſanias: de quo Suetonius inchoabat piſcinam a miſeno ad auernum lacū contectam porticibus quaſi concluſam: quo quicquid totis baias calidaꝝ aquaꝝ eſſet conuerteret. foſſam ab auerno oſtiam qua nauibus necnon uia iretur longitudine centū ſexaginta milium latitudine qua contiguæ quinque remes cōmearent. De eodēq; ſceleſtiſſimo imperatore Suetonius agrippinā matrem litteris baias euocauit ad ſolēnia quinquatrū ſimul celebrāda: datoq; negocio tetrarchis q liburnicā qua aduecta erat uelut fortuito concurſu confringeret protraxit conuiuium, ſed quom nando euaſiſſet iugulari fecit. Seruius Vergilianum exponens uerſum, Inferniq; lacus dicit Lucrinū & Auernū ſignificari: inter quos eſt ſpelunca per quam ad inferos deſcendebatur. Sed iam ſatis de uetuſtioribus ad recentiora ueniamus, Helius ſpartianus de Alexandro imperatore optimo Mammeæ chriſtianæ filio ſic habet, In baiano palatiū fecit cū ſtagno Mámeæ matri: quæ mā nea tūc dictū hodieq; uocatur, fecit & alia opera in baiano magnifica in honorem affiniū ſuoꝝ & ſtagna ſtupenda admiſſo mari. fuit baiano ſinui propinquus bauli locus Herculis. quē Seruius dictū putat quaſi bouali ꝙ illic habuerit animalia. hæc ſunt quæ de baiano ſinu ſiue uetuſta ſiue recētiora duximus dicenda: reſtat ut ea præſentibus applicemus ad frictolas nunc tritollam Lucrinus incipiebat, cernunt enim regione illius in littore brachia murorum quæ Cæſar ut uiolentū excluderet mare iecit. Auernus uero a Lucrino nunc ſeparatus eſt ꝙ breue ſpatiū a Cæſare relictū quo piſciū copia poſſet intrare mare ſuperinducta harena concluſit: quæ quidem clauſura diligentiſſime de induſtria conſeruatur ne creſcentes cedenti mari aquæ balneis afficiant: quæ uicus nunc tripergula appellatus plurima & ut medici perhibent omnium Italiæ ſaluberrima habet. Adiacent uero ea omnia auerno lacui ſalſum in aquis retinenti

Acheron flu.

Pons triū miliū.

Bauli.

Tritol'a

tinenti saporem: quas quidē aquas ita habet altas ut nullis etiam longissimis funibus saxo aut plumbo magni ponderis ad perpendiculū colligato eius profunditas tangi possit: mirūq; est cernere stupendi & insani operis ædificia quæ aut in circuitu auerni aut in eius aquis ripæ proximioribus fuerunt iacta: quom tamen uiæ silicibus in circuitum stratæ & aquarum formæ dulcium superioribus in collibus pœne sint integræ. Egressi depressa hæc Lucrini & auerni loca & puteolos petituri. Via incedunt sillicata ad quā undiq; maiorū supradictis ædificiorum in Baianū superne despectantiū ruinæ cernuntur quousq; ad uiam est uentum atellanam: quæ ab urbe Roma atellas per appiam & post ab atellis ducebat ad baias: qua quidē in uia haud longe a puteolis & baiano medioq; ad nūc aduersam spacio tam integra adhuc sunt ueterū operū monumenta ut si ostia addantur & fenestræ uideantur habitatione non incōmodā præstatura: eademq; uia ad baiani supercilium ubi sanctæ Mariæ sacellum est post tergum relicta maiorū etiam omnium quæ hactenus circa baianū descripsimus ædificiorū ruinæ in sublimi erecte cernuntur: quas incolæ belgermanū appellant. fueruntq; opera sicut litteræ pila incisæ marmorea ostendunt: quæ Tiberius Cæsar bello germanico fœliciter perfecto. unde germanicus est appellatus ad facti eius famam memoriāq; extruxit. Eiq; pulcherrimo etiā nunc operi proximum est pœne integrū extās theatrum cuius occasione factū esse dicit Suetonius ut cū celeberrimis ludis quibus Cæsar interesset Augustus senatoriū uirū frequenti consessu nemo recepisset: idem princeps spectandi modū correxerit. Dehinc sunt puteoli de qua ciuitate uetusta sic

Puteoli. habet Liuius in quarto exitu eius anni. Q. Fabius ex auctoritate senatus puteolos per bellum captū frequentari fecit: emporiūq; cōmuniuit: atq; præsidium imposuit. & infra de hānibale ad lacū auerni per speciem sacrificandi re ipsa ut tentaret puteolos descendit. sacro deinde pperato ad quod uenerat & dum ibi moratur peruastato agro cumano usq; ad misenū promontorium puteolos repente agmen conuertit ad opprimendū præsidiū Romanū. & infra. P. Cornelius Scipio Aphricanus & C. Lælius petus magna inter se cōcordia senatum sine ullius nota regebant & portoria naualiū capuæ puteolisq; instituerunt. & infra consul atinius tulit ut quīq; coloniæ in horam maritimā deducerentur: quarū una fuit

Helius spartianus. deducta puteolos. Helius spartianus dicit Adrianū imperatorē quom mortuus esset apud baias sepultū fuisse puteolis in uilla Ciceroniana: ubi Antonius successor templū pro sepulchro ibi cōsecrauit. Puteolis nostro ordine transmissis locus occurrit medio inter ipsam & urbē Neapolitanā spacio fama apud ueteres

Villa Luculli. celebratus. nāq; uilla quā Plutarchus tradit Luciū Lucullū habuisse prope Neapolim. & apud eam montē excidisse: atq; ita excauasse ut mare introduceret: un-

Mons excauatus. de. Cn. Pompeius & M. Cicero illū appellare soliti fuerūt Xerxem togatum: ea est cuius ruinæ ingentes balneo supereminēt agnani dicto quāq̄ nō balnea loco sed

Xerxes togatus. alteræ sunt frictolæ supioribus meliores: & qui rerū huiusmodi magnarū ingenio uiribusq; factarū peritiā habent facillime scissurā præuiderit. intelliguntq; manu factam unde defossus reiectusq; mons uiā præbuit. nunc etiā leui opera reparabilem

bilem

bilẽ qua mare nunc agnani lacũ ita impleret: ut ad uillæ muros porticusq; naui gari posset: ꝓcedentesq; eo itinere ad cauernã perueniunt griptã nunc appellatã: ubi pausilippus mons pulcherrimus olim sicut Plinius tradit uillis habitatus ad sexcentos passus excauatus planũ uia puteolana curribus iter præbet. quis autẽ ad memorabile opus fecit ignotũ est nobis qui tamen legimus factam apud Senecam cordubensem ipsius loci mentionem epistola quinquagesima septima ubi dicit excepit me cripta neapolitana nihil illo carcere longius: nihil illius faucib⁹ obscurius: quæ nobis præstant non ut per tenebras uideamus: sed ut ipsas cernamus si loc⁹ haberet lucem puluis auferret. in aperto quoq; res grauis & molesta: quid illic ubi in se uolutatur & quom sine ullo inspiramento sit inclusos in ipsos a quib⁹ excitatus est recidit. & Donatus in Virgilii expositione tradit ipsum poetam sepultum fuisse Neapoli uia puteolana ad secundum lapidem: quod sepulchrum circa prædictam criptam sæpe quæsitum nequiuimus inuenire. Sequitur Neapolis urbs uetusta atq; præclara: cuius originẽ Liuius in octauo refert in cumanos his uerbis palepolis fuit haud procul ubi nunc Neapolis est duabus urbibus idem populus habitabat: cumis erant oriundi: palepolimq; quã teneret græci dicit infra Liuius a Publio Plantio consule captã fuisse. & infra iam publius inter palepolim neapolimq; loco opportune capto diremerat hostibus societatẽ auxilii mutui. & infra idem dicit Neapolim auxilio nolanorũ romanis deditã fuisse. usi uero sunt semper postea Neapolitani erga romanos & alios dominos constantissima fide: primum romana republica cannensi clade consternata cũ adiectionem iam hyeme impendente cõsisteret bellum neapolitani legati romã uenerunt ab his quadraginta pateræ aureæ magni ponderis in curiam delatæ: quas quidem senatus contra morẽ suum accepit: & neapolitanis gratias egit. Quomq; Hãnibal Neapoli summopere potiri quæsiuerit: neapolitani in romanorũ partibus præstiterunt. Liuius in xxiii. de Hannibale ipse per agrum campanũ mare inferum petit oppugnaturus neapolim. ut urbem maritimam haberet. & infra. Hannibal capua recepta cum iterum neapolitanorũ animos partim spe partim metu nequicquam tentasset in agrum nolanum exercitum duxit. & infra quarto Inde ad populandum agrum neapolitanum magis ira q̃ spe potiundæ urbis duxit. Floruit autem semper postmodum Neapolitana urbs Romana re sub cõsulibus & pariter sub principibus integra: adeo ut apud eã graues uiri animorum a curis laxamentum quærerent: & discoli lasciuiæ diuersoriũ. Suetonius de Nerone, Reuersus e Græcia Neapolim ꝙ in ea primũ artem musicam protulerat albis equis introiit disiecta parte muri. & infra, Nero de motu galliarũ neapoli cognouit die ipso quo matrem occiderat. Sed & uiros uidemus litteris celebratos, Virgiliũ diu Titum Liuium aliquando. & Horatium Neapoli moratos fuisse. & Seruius asserit Virgilium scripsisse georgica Neapoli: quã Parthenopem appellauit: ac otii ignobilis notauit. Franciscus quoq; petrarcha præstanti uir ingenio a Roberto rege neapolitano gallicana oriundo progenie rogatus Neapolim bis se contulit nulla q̃dẽ maioris lucri spe suasus: q̃ ut optimo atq; humanissimo regi do-

*Cripta neapo.* — *Neapolis.* — *Virgilius.* — *F. Petrarcha.*

ctos & uirtuosos uiros unice amanti gratificaretur:eamq; uim habuit inita inter diuitem regē & doctum integrūq;:sed rerū inopem uirum:& tamē animo & uirtute diuitem poetā:ut per unicā eiusmodi amicitiā conseruatus nunc uiuat rex Robertus. Nam quod omnibus in quoꝝ manus hæc uenient faciliter ostendere: ac quoad uixerimus probare poterimus extra urbem Neapolitanā paucissimi ac pene nulli sunt uiri quantūuis docti:qui Robertus rex quis & unde aut quo tēpore fuerit alia nouerint ratione uel causa:q̄ q̄ eum in amicissimi Francisci petrarchæ operibus siue latinis siue uulgaribus legendo recognouerūt. Seruius in Virgiliani uersus expositione, Nec tu carminibus nostris indictus abibis Oebale:dicit Oebalus filius est Thelonis & nymphæ Sebetridis, Hic autem est iuxta Neapolim: sed thelo regnauit capreis:filiusq; eius trāsiit ad campaniā & multis subiugatis populis suū dilatauit imperium, At postq̄ Romani imperii inclinatio cœpit crebrescentib⁹ barbarorū insultib⁹ Neapolitani ptes Romanoꝝ pro posse supraq; secuti sunt.& quod in historiis copiose ostēdimus ut rex Vādaloꝝ Gensericus classe ingenti ab Aphrica ducta Romanā urbē captā spoliatāq;:& omni humano habitatore destitutā reliquit:q & Capuā quoq; euertit. Ad Neapolim uero quom uenisset:eā diu obsidione pressam cape nequiuit. Paucis ab inde annis Belisario Iustiniani impatoris duci adeo constanti animo restiterūt Neapolitani:ut quom postea per lapideū aquæductus foramen scalpris dilatarū urbs in eius potestatē facta esset, Neapolitani sola principis humanitate ab excidio sint seruati. Multis postea intereictis annis quom sarraceni oēm oram maritimā quæ a Gaieta regiū usq; protendit per bellū optinuissent, Neapoli quoq; sunt potiti: quā ad annos triginta posséderūt:quousq; Ioānes decimus pōtifex romanus uir excellentissimus pellendis Italia sarracenis animū adiecit: quo hortāte & auxilia sumministrāte neapolitani omniū primi id diu inuisum abiecerūt iugū :secutiq; eius urbis exemplū cæteri campaniæ lucaniæ & brutioꝝ populi eam scilicet incolentes oram quæ a Neapoli continet freto siculo dn̄io sarracenoꝝ abiectoi sese in christianā uindicarūt libertatem. Qua afflicti clade sarraceni auxiliaribus copiis ex Aphrica Mauritaniaq; accersitis oppida & urbes quæ sibi erant in Italia reliquæ præsidiis confirmatas maioribus retinere conati sunt phormias minturnas sinuessam uulturnū linternū cumas atq; baianū naui puteolani neapolitanis ab initio in rebellione consenserāt. Præstitit uero pseuerauitq; sanctissimus pontifex in sua expellendæ barbariei æternis digna laudibus uolūtate:& Italos omnes quā tumuis inter se aliis rationibus laceros atq; discordes in fidæi christianæ tutelam orando suadendoq; magis quā q̄ nequisset iubendo armari optinuit. Quibus in magnū coactis exercitū pontifice Ioanne duce uentum est ad minturnas.& quod in eius urbis descriptione diximus prœlium apud eam gestū est:in quo sarraceni maxima clade superati sunt.unde factū est ut ea gens impia & non magis christiano q̄ Italico nomini inimica regionē prædictā a phormiis ad baianū : & qcqd urbium oppidorū munitorū locorum in ea præsidiis optinebant incendiis & toto conatu reliquerint dirutū adeo ut ea quā hucusq; uix conādo potuimus singulis in locis

Robertus rex.

lis in locis ad nominis antiqui notitiam perducere manserit solitudo. Aucta uero est semper postea opibus urbs Neapolitana: & fœliciter sub Ioanne decimo inchoatas in barbaros inimicitias fœlicissime retinuit. Nanq; quom Leonis quarti papæ temporibus sarraceni sanctorum Petri & Pauli apostolorum utrasq; urbis Romæ basilicas ui captas incendio absumpsissent urbemq; Romam diu obsessam capturi uiderentur nullis maioribus ex omni Italia quã Neapolitanorum uiribus & seruata est Roma: & barbari sunt expulsi. Nimis multa huic operi & loco essent illa quæ de Neapolitanorum uariis casibus scribi possent dum Guiscardis Germanisq; & Gallicis regibus qui Neapolim a trecentis annis regia ornarunt dignitate obedientissime patent: sed omnes eorum laudes accumulat gloriosa calamitas in magnam conuersa fœlicitatem dum pro seruata gallico Andegauensi principi Renato fide durissimã ab Alphõso aragonum rege obsidionem pertulerunt: quousq; pari cum Belisarii temporũ euentu per aquæductus cuniculum ab ipso rege captiatq; ad hanc in qua nunc beati florent fœlicitatẽ eiusdem regis præsentia clementiaq; seruati sunt: ut non immerito is rex triumphi consuetudinem diutissime intermissam longo tandem postliminio in Italiam reuocauerit. Habet urbs neapolitana basilicas mœnia & arces & publicas priuatasq; ædes superbas & cæteris Italiæ maioribus comparandas: in quis præclarum est uirginis Claræ monasteriũ: quod a sancta Aragone regina Roberti regis inclyti uxore ædificatum facile omnia Italiæ monasteria antecellit: eique proximum esse uidetur sancti Martini extra urbis mœnia cartusiense cœnobium ædificii magnificentia pulcherrimum. Constat tamen arcem unã castellum nouum appellatum mari imminentem Alphonsi regis laude & memoria dignum opus cæteris quæ in Italia nunc extent ueteribus siue nouis operibus monumentis & structuris præferendum esse: si turrium eius murorumque altitudinem & crassitudinem & pulchritudinem siue aularum cubiliumq; & singularum eius partium amplitudinem & ornamenta peritus eiusmodi rerũ existimet. Ornata fuit Neapolis patrum nostrorum ætate Bonifacio nono pontifice Romano ex Tomacella gente oriundo: qui primus nonmodo urbem Romã: sed & ipsum quoq; pontificatũ in dominii potestate continuit. Pauloq; post alterum Neapolis pontificem Romanum habuit Ioannem. xxiii. ex gente Cossea: quẽ alioquin prudentẽ Sigismundus imperator in Germaniã seductũ a concilio Constantiensi pro ecclesiæ facienda unione priuari curauit magno item per id tpis ornamento Neapolitanæ urbi fuit Ladislaus rex Galliæ regum prosapia Neapoli genitus & nutritus: qui militiæ omnino deditus præter id Neapolitanũ omne regnum armis quæsitum: urbem quoque Romã Perusiãq; & Assisiã de iuribus ecclesiæ & Cortonã de Etruriã cœpitq; quã uendidit florentinis: constansq; fuit omniũ eius ætatis prudẽtiũ opinio ipsum Italico regno: & quod postea facillimũ erat imperio Romano nisi florentẽ eum mors intercepisset breui potiturũ fuisse. Neapolitanæ urbi secũdũ litus põpei a uetustis scriptoribus primi describunt: qui uicus olim fuit amœnissimus Romanisq; gratissimus: adeo ut. M. Cicero legem de qua sæpe diximus dissuadens tulli agrariam

Ladislaus rex.

aegre ferendū ostendat Pompeios a deceuiris uenundari: & quia doctos qui hoc tēpore Neapoli apud regē in prætio habentur errare uidemus Pompeios & herculaneū ubi nunc turris est octaui fuisse affirmantes uetus testimoniū ostendendo certius pompeiorum loco afferemus: primūq; dicimus ubi nūc annunciata & castellum est ad mare Pompeio uicū oblongū uillisq; speciosissimis frequentissimum fuisse. Liuius ī nono. Per idē tps classis Romana a P. Cornelio quē senatus maritimæ oræ præfecerat in campaniā acta: quom appulsa Pompeios esset socii nauales ad populandum nucerinum agrum profecti facta præda exuti sunt: qui ergo nucerinum prædaturi fuerūt agrū nauales milites, Sarni ostia potius ingredi oportuit q̄ ad distantem sexto miliario turrim octaui facere extensionē. Herculaneū uero ulterius & multis distans milibus fuisse infra ostendemus: & quidē turris octaui nominis noui uicus: cui distantia ab urbe Neapolitana dederit appellationem nullas habet uetustatis reliquias præter supioris Plinii mortis locū: quē ibi fuisse necessariū tenemus. Nulla.n. in parte alia uesevui montis incendia quibus imprudenter inspiciendis Plinius est necatus naui potuerunt adiri: & quidem ea omnis ora ubicūq; saxa etiā in littoris supercilio terræ supeminēt incendii uestigia ostendit adeo certa: ut nihil præter flammā fumūq; desit: quo illa passim nunc etiā ardere aduena suspicetur: fuitq; id incendiū de quo Suetōius Tranqllus in Titi Vespasiani uita sic dicit, Quædam sub tēpore tristia acciderūt ut conflagratio uesevui in cāpania curatores restituendæ cāpaniæ consularium numero sorte duxit bona oppressorū in uesevuo: quorū hæredes nō exstabant restitutioni afflictarū ciuitatū attribuit. Veseuū uero montē uitium agrorūq; cultura ditissimum nunc appellāt summū q; in cōspectu Neapolitanæ urbi positus: & hinc campis inde mari maiore parte circūdatus uidet esse summus. In mediterraneis campestribus quæ ad uersum urbem uesevuūq; montē interiacet: duo extant loca ueterum memoria celebrata, Meredaniū olim nunc Marlianū oppidum & urbs acerræ: de aqua Liuius .xxiii. Hannibal acerras cœpit uacuas & incendit. & libro .xxvii. acerranis permissū est ut ædificarent quæ incensa erant: ad quam historiam allusit Vergilius in georgicis ubi terras laudans culturæ excellentioris dicit, Talem diues erat capua & uicina uesevuo ora iugo: & uacuis clanius nō æquus acerris. Quo in loco Vergil. id quod supradiximus de terra leboris innuit omnē eā regionem quæ undiq; clanio amni adiacet lrborinā olim appellatā feracissimi esse soli: sicut de ea Plinium scripsisse ostendimus: qui tamē de terris tractās ad sationem uitium optimis dicit cāpaniā ubiq; optimā uitibus esse: quæ tenues exhalat nebulas & cretam in pompeianorum agro ac argillā cunctis ad uineas generibus anteponi: quoniam excipit cū illis inuicē sabulum albū. Sed iam uentū est ad superiorem clanii amnis: partem: quom ab acerris distet quattuor milia passus Suessula oppidū nunc uacuū: iuxta quod sicut a principio diximus fontem is fluuius habet. Sarnusq; post hac nobis describendus ordine uidet occurrere quom cætera explicuerimus de Suessula: de qua Liuius in septimo. Tertia pugna ad Suessulam commissa est: qua fugatus a M. Valerio Samnitiū exercitus. & in .viii. Cumanos Suessulanosq; eiusdem iuris conditionisq;

Vesevus mons.

marlianū Acerræ.

Suessula oppi.

ris conditionisq; cuius capuā esse placuit.& infra, Inter Capuam & Suessulam castra castris conferamus.& libro.xxiii. Hannibal super Suessulam per montes Nolam peruenit.& infra. M. Claudius proconsul ad eū exercitū qui supra Suessulam nolæ præsideret missus. Et inferius claudiana castra erant supra Suessulā. Sed iam aliqua de cāpanis propter dimidiatū in Samno sicut ostendimus nulturnū superius omissa repetenda sunt. Ea in parte ad quā Sabbati amnis stipite utrinq; descripto Samniū omne finitum esse ostendimus. Isclerus sequitur omnium campaniæ hac in parte fluuiorum primus in nulturnū supra capuam quinto ferme miliario cadens qui isclerus ex montibus Caudinam uallem claudentibus ortum habet.& inter sonitellam fluuium superius in Samno descriptum:& ipsum iscleru m sunt montes altissimi:in quibus primum est gripta oppidum cui supereminet mons nūc tabor olim taburnus:quē Seruius Vergilium in georgicis exponens campaniæ montem esse dicit:qui uites ab industria contra naturā alat. Et idem super uersu item Vergilii æneidos.xii. A c uelut ingenti sila summoue taburno:dicit taburnus mons est campaniæ:ualli autē ex monte taburno in isclerum uergenti imminet collis pacis:& uallis quam isclerus efficit dextrorsum habet lunatulam & ducentium. Superiusq; in monte est Airola nobile oppidū comitatus titulo insigne duobus miliaribus a furculis caudinis distans ptinent:in hæc usq; loca montes ardui capuæ ad aduersam regionem imminentes:qui & longiusculo tractu ad Nolam uirbem ferunt tiphata olim appellati: in quibus oppida sunt Meronida caserta comitatu insigne magdalonū & superius duraganum: in proximaq; ualle furculis caudinis superiore argentū est:& infra manlianū uetusti ut diximus nominis oppidū. Proxime ad mediū montem est cancellum oppidum superius forinū. Sunt uero hi montes tiphata de quibus sic habet Liuius in .vii. Nam Sānites omissis sidicinis ipsam arcem finitimorū cāpanos adorti:unde æque facilis uictoria prædæ atq; gloriæ plus esset. Tiphata imminētes capuæ colles cū præsidio firmo occupassent:descendūt inde quadrato agmine in planitiē quæ inter Capuā tiphataq; interiacet. Et idem infra prœlium ad tiphata atrox in quo oculos Romanis ardere dixerūt. Fusi cæsiq; Samnites. Et libro.xxiii. Hannibal ad tiphatis castra habebat qui rapidū currens gracchum nō inuenit:& infra, Inter Capuā castraq; Hannibalis quæ in tiphatis erant:& in inferius Hannibal præsidio medio relicto in tiphatis profectus cum exercitu toto:& libro.xxiiii. Hannibal profectus arpis ad tiphata in ueteribus castris super Capuam consedit. Liuius item libro.xxvi. Cornelius petus Scipio aphricanus. C. Lælius Petus sub tiphatis capuæ agrum uendiderūt. A d eiusdē montis decliuia quæ auersa a capua regione in caudinæ uallis suprema desinere incipiunt Saranū est oppidū a sarno fluuio ibi fontes copiosissimos habente dictū:in quibus fontibus scribit Plinius ligna & folia quom ceciderint in lapidēs durescere. Sed inter eos fontes & uesuuū montem longe supra a nobis descriptum. Nola est urbs uetustissima & in historiis celebrata:quam Iustinus a Iapygis conditam fuisse asserit:cuius agrū esse fertilissimū Vergilius in bucolicis sic scribit:talem diues arat capua & uicina uesuo

Isclerus fluuius.

Tabor.

Taburnus

Airola op.

Tiphata montes.

Sarnum op.

Plinius.

Nola.

nola iugo:licet ora posuerit pro nola:nolanis sicut Seruius scribit iratus:quia eum aut hospitio non acceperant:aut aquulam noluerant ei concedere in suum agellum uesuui radicibus subiectum deriuandum. Liuius in.ix. In campaniam reditum maxime ad nolam armis repetendam:quæ capta est a.C.Liuio consule. & libro.xxiii. Hannibal capua recepta cum iterum Neapolitanorum animos partim spe partim metu necquicquã tentasset:in agrum nolanum exercitum duxit. Item infra. M. Claudius proconsul ad eum exercitum qui supra Suessulam nolæ præsideret missus. Item inferius & nolæ sicut priore anno senatus Romanorum plæbs Hannibalis erat. Item inferius eadem æstate Marcellus ab nola quam præsidio obtinebat & inferius Hannibal præsidio modico relicto in tiphatis profectus cum cætero exercitu ire nolam iam pergit. Et libro.xxiiii. Aduentu Hannibalis nolana mota est plæbs. Liuius. Item libro.iiii. de nonagesimo. Sylla nolam in Samnio recepit:& agros eius legionibus diuisit. Si autem Liuius hoc in loco nolam in Samnitibus annumerauit:minime mirandum quod eo in sociali bello quod tunc is scribebat Nola uicinis Samnitibus ita obstinate consenserat:ut ex ea regione haberi potuerit. Suetonius Tranquillus mortem Octaui Cæsaris Augusti describens eum dicit a capreis nolam delatum in eodem cubiculo in quo pater Octauius obiisse:& centuriones eum a Nola bouillas humeris detulisse. Plinius uero Sarni descriptio cuius bis supra a nobis est inchoata in mare inferum cadit ad loca annunciatæ nunc proxima. ubi olim Pompeios fuisse ostendimus. Isque fluuius de quo Vergilius in septimo & qua rigat oppida Sarnus & nocturnæ auræ editor a Lucano appellatus nunc dicitur Scafati a scafis: quæ ibi tenentur uiatoribus in agrum nucerinum traiiciendis. Nam proxima ad quattuor mille passus est urbs Nuceria: quam. M. Cicero legem dissuadens agrariam Rullo Cornelio propositam quæritur in decem uirorum libidinem peruenturam. His uerbis Neapolim Pompeios Nuceriam suis præsidiis deuincient. Liuius autem libro xxvii. sic habet Nucerini Atellani quia id maluerant Atellani callatiam migrasse iussi. Nuceriæ dextorsum montes imminent:in quorum medio oppidum est a situ nomen nactum:inter montes enim appellatur:uallisque his montibus sinistrorsum proxima sanctum Seuerinum habet nobile oppidum: a quo clara eius cognominis familia originem habet:eaque uallis omnigenum fertilis frugum: uinis præsertim uermiculis abundat. Ad infimam uero eius uallis partem apud oppidum quod aqua malorum appellatur fluuius est:qui paucis delapsus passuũ milibus hiatu terræ absorbetur: & post centesimi ferme passus spatium integer & quantus fuerat in amplam scaturiginem euomitur. Cauaq; urbs a situ appellata ualli & fluuio dextrorsum in monte imminet:sed a Nuceria urbe ad prædictas cauas progressi montes dextrorsum linquimus cælsos amplissimosq; in mare inferum excurrentes:& promontorium facientes quod Mineruæ cognomẽ priscis temporibus habuit:nunc ab amalphi oppido appellatum:cuius oppidi nomen nullo in ueteri loco inuenimus:primaq; eius loci mentio nobis occurrit ubi in historiis ostendimus ad annum salutis quintum uigesimũ undeciesq; centenũ

Sarn⁹ flu.
Scafati fl.
Nuceria.
S. Seueri. op.

Othonē imperatorem theotonicū ab Innocētio secundo pōtifice romano cōtra Rogeriū Siciliæ comitē fuisse uocatū, Rogerioq; Italiæ continenti pulso amalphim ciuitatē & riuellū cū castellis circūuicinis spoliatū fuisse. Sed fama est qua amalphithāos audiuimus gloriari magnetis usum: cuius adminiculo nauigātes ad arcton diriguntur Amalphi fuisse inuentū: quicquid uero habeat in ea re ueritas certum est id noctu nauigandi auxiliū prisci omnino fuisse incognitū. Nam licet legamus hispanos ad hesperi syderis directionem nauigasse in Italiā. Vnde sicut operis principio diximus, Italia hesperiæ appellationē habuit: nullū tamen ad eam rem cælo nubibus obscurato a magnete aut ab alio instrumento petebat auxiliū: ipsis uero in montibus amalphithanis uini oleiq; feracissimis qua in mare inferū desinunt: & meridianū excipiūt solē: regio est omniū Italiæ amœnissima cedri maliq; quod arātiū uocitamus & punicorū cæterorūq; malorū ferax: qb9 Neapolitana urbs imprimis gaudet: suntq; hoc in pmōtorio pter amalphim oppida in mare pariter uersa maius & minus noīe appellata: inde caput ursi & ulterius ueterū uicus uillis amœnissimis habitatus. Post pmontoriū est Salernū urbs ad silerim fluuiū oriturq; is fluuius in appenino qua in parte drumentū in mare superū currens suos habet fontes uallem nunc describi oportuit: quā siler amnis sinistrorsum a mari ad appeninū oppidis alicubi castellis & uicis habitata habet. Sed eam dexteram quæ simul Lucaniæ regionis cōtiguæ descriptionē aggressuri describemus ut montes Lucaniæ excælsos & plæraq; insuperabiles melius ostendamus. Sunt.n. illi de quibus dicit Liuius in.ix. quom difficultates enumerans quas inuenturus fuit Alexander magnus si in Italiam traiecisset interrogat quis illi habitus fuisset Lucanos montes & saltus Apuliæ cernenti. Sed iam Apuliæ manum apponamus.

Otho ip.

Salernum

Blondi Flauii Forliuiēsis Italiæ Illustratæ Apulia Regio quartadecima.

OPortuit supra samnitiū regiōe ad Tiferni amnis dexterā a nobis expedita ad eiusdē fluuii sinistrā trāsire: & ibi inchoātē Apuliā exordiri: sed cōnexā sicut ostēsum ē samnio cāpaniā pus describere coacti fuimus. Itaq; ad Apuliā finita cāpāia redeūdū ē eā regionē a duce eiusdē nois sic appellatā ptolomæus bifariā diuidit ut Apulos daunos & tifernos ad bainū urbē penœticos ī de usq; ad salētinos esse uelit. Serui9 uero ī octauo Vergilii uerba exponēs Diomedis ad urbē sic habet Diomedes tēuit ptes apuliæ i & edomita oī Gargāi mōtis multitudīe ī eodē tractu multas cōdidit ciuitates Beneuentū eqn tuciū & arpos quæ & agrippa est dicta: ps uero ad quā Vergilius facit missum fuisse mesappū mesappia & pecēna a fratre. Itē daunia a dauno rege gesta ī Apulis referre operosum esset: sed aliq̄ ex more nostro sūmatim attigemus. Apuli prius bello q̄ amicitia romāis noti fuerūt. Nā Liuius libro octauo dicit. C. Sulpitio. Q. Aemilio cōsulibus ad defectionē sannitiū accessisse nouū Apuliæ bellū: cuius tūc ager sit uastatus: & libro.ix. Publiū cōsulē in Apuliā profectum

Apulia.

Apuli.

fectũ aliquot expeditionibus populos aut ui subegisse:aut cõditionibus in societatẽ accepisse.& infra, Inclinatis semel in apulia rebus reatini quoq; apuli ad nouos consules.Q. .Iuniũ bubulcũ.Q. .Emiliũ barbulã fœdus petitũ uenerũt pacis per omnẽ apuliã præstandæ po.R o.auctores.Id audacter spondendo impetrauere ut fœdus daretur neq; ut æquo tũ fœdere:sed ut in ditione po. R o.eẽnt. sicq; apulia est perdomita libro autẽ decimo.Magnus motus seruilis eo anno in apulia fuit:tarentũ prouinciã.L.postumius prætor habebat: is de pastoꝝ cõiuratione qui uias latrociniis pascuaq; publica infesta habuerant q̃stionẽ seuere exercuit:ad septẽ milia hominũ condemnauit:multi inde fugerũt de multis sumptũ est supplicium.Sunt prima apulorũ ad tiferni sinistrã oppida cãpus marinus in litore &'intus decio miliario latinũ nouũ oppidũ alteri suffectũ uetustissimo eiusdẽ nominis ꝓxime ad duos mille passus demolito de quo Liuius libro.xxii. post descriptã Hãnibalis fugã ab agro falerno sic habet hãni.ex pelignis flexit iter retroq; apuliã repetẽs galeranũ ꝑuenit ad urbẽ dictator in larinate agro castra communiuit.C.Cæ.ĩ cõmẽtariis.Inde Cæsar septẽ omnino dies ad corfiniũ cõmoratus:per fines marucinorũ frentanoꝝ & larinatũ in apuliã ꝑuenit. Quarto supra larini ueteris ruinas miliario est casacalẽda oppidũ cui ad duos mille passus ꝓxime sunt ruinæ Gerionis oppidi uetustissimi:de quo Liuius libro.xxii.quoad gerionẽ iam hyeme impendẽte consisteret bellũ:neapolitani oratores uenerũt romã & infra q̃ diu pro gerionis apuliæ castelli inopis tanq̃ pro carthaginis mœnibus pugnauit.Superius sunt louenisculum morronum castellum lineum petrella mõs saganus Iacobi copiarum ductoris egregii patria a qua cognomẽ habet.inde coacta rochetta ratinum bussum baranellum uinculatorium:quod a bouiano & tiferni amnis origine quinq; milia passus abest.Medioq; in montiũ a mari ad bouianum tractu montiagano ad sinistram quarto proximum est miliario cãpus bassus a quo oppido patria quoq; & cognomen habẽt comites campi bassi : quorum Carolus copias cum prudẽtiæ & fortitudinis laude ducit. A tiferno autem fluuius nũc fortorius uiginti milia passus in littore distat. Qui quidẽ fluuius in mare se exonerat prope lacum lesinæ appellatum passus quadraginta milia ĩ circuitu complexum.Lesinaq; oppidum quattuor a mari milibus distans lacui cui dat nomẽ mille passibus est propinquum.Intus autem quarto supra lesinam miliario proximum est ad mille passus amni fortorio & arduo in colle oppidum in regione egregiũ Serra capriolla appellatum superius sunt oppida & castella sanctus Iulianus collis tortus machia petra cratelli cãpus petræ geldonũ & in summo circus maior.cui proximum fortorius amnis habet ortũ. Ad sinistram uero fortorii sanctus Nicander oppidũ quinq; milia passus a mari distãs lacui lesinæ ĩminet ad eã ꝑtẽ q̃ mõti gargão est ꝓxima.Interiusq; porcina oppidũ quĩdecim a fortorio duo a gargani mõtis radicibus milia passus abest:sextoq; supra porcinã miliario oppidum scũs seuerus.Sexdecim a fortorio & sex a gargano milibus recedit.Priusq̃ ultra ꝓcedamus Garganũ ꝑnsci ꝑsenusq; noĩs mõtẽ fama notissimũ describamus:is ad infimas radices ĩ planiciẽ desinẽtes ducẽtoꝝ miliũ circuitu patet

Cãpus marinus Larinum op.

Cãpus bassus op.

lesina op.

Garganus mons.

tu patet. Qui uero in parte ad occidentem solem uersa fortorium amnem & maris Adriatici sinũ spectat. Lacũ habet uarrani appellatũ triginta milia passus in circuitu cõplexũ: cui quidẽ lacui castella circũimminent caprinum cognatum & sitella: & qua mons ipse in mare prominet Rodiũ ut nunc appellant oppidũ inferiori optinet: quod quidem promõtoriũ & oppidum Ptolemæus Pliniusq; & cæteri omnes prisci Tyriũ appellarunt: supra est oppidũ uicus dictũ: & superius montis sum̃itatẽ optinet præclarũ sancti angeli oppidũ: a quo mons ipse præsentis temporis ut plurimũ nominationem habet. ornaturq; templo cũ ædificiis cæteroq; apparatu tum maxime ipsa religiositate cõspicuo: quod archangeli Michaelis patrociniũ apud deum nostrũ imploraturi totius christiani orbis populi maximo per uniuersa anni tempora concursu frequentant. Qua uero Garganus spectat in orientem solem oppidũ est portuosum nunc bestia olim uestice appellatum. Vnde ostendimus in historiis Alexandrũ tertiũ ponti. romanũ a Guilielmo secundo normãnorũ gentis rege adiutũ soluisse cum tredecim triremibus: ut pacem cũ Federico primo Imperatore pessimo cõpositurus Venetias nauigaret. Eoq; in loco quom sit secundũ Gargani promontoriũ Ptolemæus adriatici maris sinũ finire: ac ionium mare asserit inchoare. Qui etiam dicit Diomedis insulam Gargano ad triginta milia passus e regione proximam esse. Estq; hæc insula de qua beatus Aurelius Augustinus de ciuitate dei scribens aliqua dicit qbus ab ipso transcriptis unusquisq; pro auctoris grauitate fidem quã uolet poterit adhibere. Diomedem ferunt deificatũ: & socios suos in aues esse conuersos: non fabuloso poeticoq; mendacio: sed historica attestatione: quin etiã templũ eius esse aiũt in insula diomedica non longe a monte gargano: & hoc templũ circũuolare: atq; incolere has alites tam mirabili obsequio ut aquam impleant & aspergant. & eo si græci uenerint aut græcorũ stirpe progeniti non solũ quietas esse: uerum & insuper aduolare. Si aũt alienigenas uiderint subuolare ad capita cum grauibus ictibus ut et perhibeãt uulnerare. Nam duris & grandibus rostris satis ad hæc prælia perhibentur armatæ. Eam uero insulam tremiti appellatam: & Diomedis ut uidetur templũ illud nunc inhabitant religiosi canonici regulares appellati: quos nõ minus hoc in loco q̃ Venetiis: sicut ostendimus & fouit & auxit gloriosus põ. quartus Eugenius: quorũ uitæ austeritas: & sanctimonia adeo cunctis est admirabilis: ut cũ aduenis omnibus sint hospitales ac munifici a nullis uel perditissimis quarũcũq; gentium & nationum pyrratis ullam hactenus acceperint læsionem: eorum nos quosdam narrare audiuimus. Has aues Diomedis nomen retinentes magnitudine anseris insulam habere multas. Sed omnino omnibus inocuas: nec aliquod eis aut templo præstantes obsequium. De gargano monte habent aliqua Vergilius & Seruius: quæ ad uniuersæ Apuliæ notionem plurimum faciunt. Nã quom Vergilius in nono dicat Gargani condebat Iapygis arces: exponit Seruius: Iapygia est pars Apuliæ in qua est mons garganus: qui usq; in Adriaticum protenditur pelagus. Lucanus etiam dicit, Apulus adriacos garganus exit in undas Garganũ montẽ adiacentiaq; oppida sarraceni per Grimoaldi Longobardorum

Alexã. iii. papa.

.S. Augu. Diomedis aues.

Iapygia.

regis

regis tempora ad annũ salutis paulo plus septingentesimũ cœperunt: quos idem rex expulit populis christianis ubiq; conseruatis ut nullum gens Longobarda inducentis regnorũ suorum annis talem præstiterint italiæ operam. Ad annũ exinde paulo plus minus centesimũ Carolus magnus imperator & francorũ rex sarracenos Garganum opprimẽtes: quom expulisset: omnia pacifice possedit: quæ ab ipso Gargano ad cordubam hispaniæ urbem intercedunt. Prius autẽ q̃ exposita mari post Garganũ montẽ prosequar alia describam quæ ad amnẽ fortorum inchoaui. Supra sancti Seueri oppidum quarto miliario est turris maior castellum duodecim milibus e fortorio recedens: & supra totidẽ milibus a turri maiore abest castellutium oppidũ unde paruo distat spatio mons rotanus: & supra est Cellentia post oppidum sanctus Marcus: inde Vulturaria: & proxime sancti oppidum quod dicitur Gaudii: supraq; idest Rossenũ superius fortori amnis forotimons falco castellum est proximum.

Italiæ Illustratæ Blondi Forliuiensis Finis ac Impressum Venetiis per G.M.D.X. Cal. Iulias. Regnante Serenissimo ac Illustrissimo Leonardo Lauredano Venetiarum Principe.

Cum Gratia Et Priuilegio.

# Imperatorum Romanorum Vite.



Auctores Imperatorum Romanorum Vitas scribentes.

Dion e græco traductus
Helius Spartianus
Iulius Capitolinus
Helius Lampridius
Eutropius
Suetonius Tranquillus
Flauius Vopiscus.
Vulcatius Gallicanus
Trebellianus Pollio
Paulus Diaconus

Nerua cocceius. Ex Dione græco per Georgium Merulam Alexandrinum.

Nerua īp. Domitiāi statuæ cōflatæ. Christianos intelligit.

POst Domitiāi cædē Romæ Cocceius Nerua impator designat. Flagrabāt adhuc odio ī Domitianū ciues: q̄re statuæ oēs tum aureæ tum argēteæ ī illius honoīē cōstitutæ subito cōflatæ fuerūt. Arcꝰ ꝑterea ī eiusdē unius titulū & nomē sustructi euertunt. Cæteꝝ nerua oēs q̄ impietatis in deos rei fuerāt: eos absoluti uoluit. Exules in patriā reduxit. Serui atq̄ libertoꝝ plurimi dominis atq̄ patrōis īsidias fecerāt. Hos ad unū occidi īperauit. Et ne serui de cætero dn̄os criminarent: edicto uetuit. Neue liceret aut īpietatis aut Iudaicæ sectæ quēpiā dehīc īsimulari. Multorū tn̄ noīa falso delata, Inter quos Suras philosophus cōdēnatus fuit. Deinde non leui de causa aut fortuito tumultus orit: sed q̄a ex libidine quorūdā multi iniuste accusarent. Quare Fronto cōsul ꝑpalā dixisse fert. Malū esse eū imperare sub quo nemini quippiā cōcessum sit: sed longe peius sub eo uiuere sub quo maxime liceat. QVæ uerba postea q̄ Neruæ nūciata fuerūt, Ne talia deinceps fierēt: magnopere curauit. Erat is per senectutē paulo imbecillior: graui insup morbo affectus cibū fere euomebat: sed ne sibi statuæ ex auro siue argēto cōstituerent omnino recusauit.

Iudaica secta.

Sura phūs. Frōto cos. Libeꝛ dcm.

Permultos Domitianus dū īperaret bonis atq̄ fortunis iniuste spoliauerat. QVibus ꝑ uim ablata restitui dūtaxat ea uoluit: quæ in aula reperta fuissent. Ad sustētādā ciuiū uitā decies & quinquagies cētena milia nūmum erogauit: & quosdā senatorii ordinis delegit q̄ agros emerēt: eosq̄ egenis diuiderent. Pecuniæ inops factus uestes primū & uasa aurea atq̄ argētea preciosam præterea suppellectilem: siue sua propria siue publica & regia foret: auctioni subiecit. Agros itē ingentes domos & omnia demū præter admodū necessaria uendidit. Nihilo tamē segnior in iuuādis & extollendis amicis erat. Cōpluribus ingentia beneficia cōtulit. Sed ut impendia cōtraheret sacrificia non pauca, Equorū cursus atq̄ certamina nec minus spectacula quædā sustulit. In curia illud iurauit suo iussu nemīnē senatorum occisum iri. QVod sacramentū quāuis etiam insidiis petitus esset inuiolatū seruauit, Nihil unquā de suo arbitrio statuit: sed principes uiros in consilium semp adhibebat,

Nerue modestia.

Nerue liberalitas.

Ludi circēses.

Leges tulit multas cum de aliis tum maxime ne mares castrarentur, Neue fratris filiam uxorem ducere fas esset. Ruffum uero Virginiū: quem Romanæ legiones olim Imperatorem nomīnauerant minime ueritus est uel in consulatu collegam assumere, In huius etiam sepulchro illud quidā inscripsere, Hic situs est Ruffus pulso qui uindice quondam Imperium asseruit non sibi, Sed patriæ, Tanta erat illi integritatis fiducia: ut sæpe iactauerit se nihil tale fecisse: quominus deposito imperio securius priuatam uiā ageret. Coniurauerunt in eum forte Crassus Calphurnius crassorum nepos: hinc cum cæteris coniuratis dum ludi ederentur assidere iuxta se uoluit, Nesciebant cōiurationem patefactam esse: his gladios obtulit: quos scilicet inspicerent atq̄ pertentarent, Satis ne acuti forent. Re autē uera

Mares castrari uetuit. Ruffus uirginius. Ruffi epitaphium. Integritatis fiducia. Crassꝰ calphurnius.

significabat

significabat non admodum sibi curæ esse:si uel tunc eo in loco occideretur. Præfectus erat prætorii Aelianus Casperius:quam præfecturam etiam sub Domitiano gesserat, Hic tumultuantes prætorianos aduersus Neruam concitauit:hoc sane consilio ut per speciem ulciscendæ seditionis:quosdam eorũ ceu hostes Cæsaris ad mortem posceret, Sed Nerua Casperio talia molienti adeo restitit:ut denudato collo Iugulum confodiendum porrigeret:quãquam nihil profecit, Nãhi fere omnes quos Casperius designauerat:interfecti sunt, Quare cum ob senectam ætatem amissa reuerentia omnibus contemptui quodammodo esset:in capitolium ascendit, Atq; quod felix faustumq;.S.P.Q.R.& mihi ipsi sit præfatus Marcum Vlpium Traianum adoptauit. Moxq; in curia Cæsarem designat. Ad quẽ Imperii iura atq; insignia:præerat enim tunc germaniæ hoc uersu misit. Telis phœbe tuis lachrymas ulciscere nostras. Ita Traianus adoptatus a Nerua: deinde imperator factus est. Cæterum in hoc bonitas Neruæ:& studium in rẽp. Maxime apparuit. Nulla intercedebat cum adoptato cognatio, Immo uero propinquos & cognatos q̃plurimos habebat, Publicæ tamen utilitati atq; saluti societatem sanguinis postposuit. Neq; eo deterritus quod Traianus genere Hispanus:aut ex Italia oriundus non esset:quiq; ante eũ peregrinus & alienigena Romanũ imperium non tenuisset, Virtutem hominis non genus aut patriã spectari oportere existimauit. His confectis Nerua moritur. Imperauit anno uno & mensibus quattuor:ac diebus nouem. Vixit autem annos quinq; & sexaginta: menses decem:& dies totidem.

*Traian⁹ a nerua adoptatus.*

*Virtutẽ hominis non gen⁹ aut patriã spectari oportere.*

## Traianus Nerua. Ex Dione per eundem Merulam.

TRaianus Anteq̃ imperium adipisceretur per quietẽ uidit seniorem quẽdam in tunica & prætexta purpurea cum corona: qua specie pingi senatores solent:qui signum annulo nunc in sinistrum iugulum ac deinde in dextrum imprimeret. Vbi uero imperium assumpsit:edicta quædam ad senatũ misit: atq; illud in primis nunq̃ suo iussu bonum uirum occisum iriaut ignominiã notari, Id quod nõ solum in præsens sacramento cõfirmauit, Sed p totũ imperii tẽpus ĩuiolatũ seruauit. Mox Aelianũ & p̃torianas cohortes quæ seditionem aduersus Neruam fecerant:quasi operam ab eis posceret ad se uocauit, Confestimq; uelut ĩportunos dimisit, Romã deinde regressus multa in emendationem publicorũ negociorum:& beneficium bonorum: quos differentius amplexabatur:constituit. In puerorum alimenta in Italia duntaxat multa elargitus est, Cæterum Plotina uxor palatium ascendens ex gradibus ad populum conuersa, Talis inquit huc ingredior:qualẽ etiam egredi opto:quæ modeste:& sanctæ in summa potestate ita se gessit:ut de ea nullus iure conqueri potuerit. Sed Traianus tantisper Romæ cõmoratus est, dum expeditionem in Dacos parauit. Quæ enim illi agerent:& molirentur:subinde reputans indigne fe-

*Sõnii successa fides: Senatorũ ornatus.*

*Aelian⁹ ab exercitu amotus.*

*Plotina uxor traiãi.*

*Traian⁹ in Dacos*

rebat annua tributa dependi. Vnde uires & opes magis augeri: animique ad maiora erigerentur. Ergo Decebalus rex cum arma comparari in se audiret extimuit. Quippe qui nouerat antea Domitianum non Romanum populum uictum. Tunc aduersus Romanos & Traianum imperatorem decertandum fore. Cui integræ: ac solidæ uires: robustum corpus: animi uigor: mores generosi: ac simplices superessent. Secundum enim: & quadragesimum annum agebat. Cum primum imperare cœpit: in qua ætate ita ei omnia suppetebant: ut neq; per iuuentutem quicq̃ stulte: ac temere aggrederet. Neq; item per senectutem languescente corpore segnis ac timidus a magnis rebus retardaretur. Nullus præterea in eo liuor nulla malignitas: neminem omnino perdere studuit. Contra uero bonos & studiosos uiros honoribus & dignitate auxit. QVapropter timori: aut odio nulli erat Delatoribus operam non dabat: iræ ita moderabatur ut nunquam ab ea uinceretur. Ab aliena pecunia: & iniustis cædibus iuxta abstinuit. Plurimum in gerendis bellis pecuniæ impendebat. Non minore tamen liberalitate: & impensa segnius: ac animo ornamenta pacis amplexus est. Complura & ualde quidem necessaria ædificari curauit ut portus & ædes publicas. Vias item muniuit. In quibus faciendis fortunas: aut sanguinem alicuius nunquam absumpsit. Natura magnificus: & gloriæ appetens erat. Circum collapsum ampliorem atque etiam elegantiorem restituit. QVod ideo se fecisse inscripsit ut populum Romanum capere posset. Amari: & obseruari quam timeri malebat. Cum populo benignus: & mansuetus. Senatum iucunde & honorifice appellabat. Sic dilectus: & carus ciuibus. Hosti duntaxat formidolosus: uenationes præterea conuiuia: feria: & iocos frequenter cum amicis & familiaribus exercebat. In quorum domos sæpius uix quattuor comitantibus: etiam sine satellite diuertebat: & familiarius cum his recumbens quiescebat: eloquentiæ & diligentis alicuius eruditionis expers fuit. Munera tamen facundi: & non indocti hominis pulcherrime obibat. Nihilque omnino erat quod optime non exerceret. Vini duntaxat appetens: & in adolescentulos pronus citra calumniam habitus est: utpote qui nunquam ex eo turpe: aut mali quicquam effecit. Nam qui uinum usque ad sacietatem biberet: sobrius tamen erat: neque in crimen pregrauante uino propulsus est & in masculorum amoribus ita sibi temperauit. Vt nihil per uim dum uoluptati obsequitur moliretur belli hactenus auidus: & studiosus ut acceptas clades emendaret. Hostes exultantes compesceret. Impetusque reprimeret: & si qui rebellassent eos armis ad obsequium compelleret. In augenda re familiari moderatus. Militarem etiam disciplinam tum seuere tũ remisse exercuit. QVare milites id quod sæpe antea contigerat: nunquam aut contumaces aduersus imperia: aut elati atq; superbi fuere. Igitur Imperatorem iure Decebalus rex ante per ignominia & metum Domitiani ferotior magnopere reuentus est. Cæterum cum in Dacos exercitum Traianus duceret antequam castris: hostium appropinquaret. Magnus circunferebatur a Barbaris fungus: latinis inscriptus litteris: erantque qui talia uociferarentur. Socias gentes & Buros præcipue monere & hortari Traianum: ut pace

Margin notes: Domitian⁹ a Dacis superatus. — Traiãi lac⁹ — Traiãi etas in q̃ suscepit imperium. — Laudes in principe summæ. — Traianus ædificãdi studiosus. — Traiãi mores. — Traiani comitas. — Decebalus rex dacorũ. — Buri pp̃li

pace compósita retro domum abiret, Nihilo tamen minus is cum hoste conflixit ingenti edita cæde, Cum uulneribus ligamenta suis deessent: proprie uesti non pepercit: q̄ in lacinias conscissam seuitiis partitus est, Militibus qui in ea pugna conciderant aras constitui.& annua parentalia peragi uoluit: in iuga deinde montium contendit:& Iugum ex Iugo captans ad Dacorum regiam euasit, Hostes ex altera parte Lucius præfectus adortus est: qui continuo terga dedere, Cecidere item in eo certamine permulti, Complures capti: qua iactura perculsus Decebalus confestim primores pilatorum legatos delegit: atq; ad Traianum misit: qui dicerent Regem ad quascunq; pacis conditiones uenturum: & quæ imperata forent haud grauate facturum. Tunc Traianus arma: & bellica instrumenta: machinas præterea: eorumq; artifices sibi tradi postulauit, Transfugas item omnes: & qui ad Dacos profugissent siue Romani siue socii fuissent remitti mādauit: atq; ut castella: & arces deductis præsidiis euerteret: omni præterea terra decederet: quā de finitimis per uim cœpisset: eos deniq; amicos & inimicos haberet: quos senatus censuisset, Quibus cōditionibus & si inuitus assensus tamen Decebalus fuit, Mox ad Traianum deductus illum humi procumbens suppliciter adorauit. His confectis Traianus in Italiam reuenit, Legatos Decebali quos secum duxerat: in urbem præmisit: qui in senatum introducti depositis armis: manibusq; in seruilem morem porrectis cum multa supplices dixissent, Ratificata per Senatum pace: quam Traianus Regi dederat: arma resumpsere. Romam deinde Traianus ingreditur: & ex eo Dacicus appellari cœpit, Tum in Theatrum gladiatores inducit. in certamen compositi sunt, His enī magnopere delectabatur, Mimi adhuc: & saltatores inducti fuere, E quibus unum cui Pyladæ nomen erat: præ cæteris dilexit, Sed in tanto bellorum studio: & gloriæ cupidine: armorumq; cura: res urbanas nunquam deseruit. Ciuiliaq; negocia non minus intente administrabat, Siquidem studio pugnæ a iure dicendo nunquam auocatus fuit, In Augusti foro nunc in porticu Liuiæ: & sæpissime alibi pro tribunali litigantes audiuit, Indiciaq; reddidit. Interea nunciatur Decebalum præter conuentiones: & fœdera multa ad rebellionem spectantia parare & facere, Quippe arma fabricare transfugas recipere, Munitiones & castella instaurare, Vicinas gentes missis legationibus ad bellum sollicitare, His potissimum infestus qui secum conspirare noluissent. Iamque Iazygum agri partem inuaserant: quam Traianus uictor illis repetentibus minime restituere deinde uoluit: ob hæc iterum hostis a Senatu iudicatur, Bellum Traianus suscepit, QVod tandem sine alterius ducis opera confecit. Cæterum Decebalus longe uiribus impar. Nam si acie dimicare oportuisset: se facile uinci cognoscebat: ad dolos: & fraudes conuertitur, Parumq; abfuit quin per insidias Traianum tolleret, In misiam delectos perfugas mittit: qui illum per speciem colloquii confoderent, Simpliciter: & ex bona fide Traianus omnia gerebat, Vtpote qui se facilem sine metu periculi

Dacoȝ regia capta.

Decebalus ab Traiāo pacē petit.

Pacis cōditiões Decebalo datæ.

Dacic⁹ ūn Traianus.

Pylades histrio.

Foȝ Aug. Porticus liuiæ

Decebal⁹ rebellat.

Iazyges.

Decebali doli.

Traianus simpliciter & bōa fide oīa gerebat

periculi adeuntibus præberet. Quare sibi parum caueret: facile existimabant illum per insidias excipi posse, Sed rem mandatam peragere latrones nequiuere, Siquidem unus eoꝝ latrocinii suspectus per tormenta continuo consilia facino-ris aperuit. Ergo cum insidiæ non processissent, Lōginum quem in prœliis haud in pigrum ducem expertus fuerat, In colloquium uocat: persuadetq; ut ꝓpius accedat: quasi quæ Traianus imperaret sine mora facturus esset, Appropinquā-tem comprahendi iussit: atq; propalam quæ forent Traiani consilia exquisiuit. Mox nihil omnino fatente in libera custodia renuit. Interea Traianum per litte-ras monet se nō aliter Longinū e uinculis emissurū: nisi sibi ignosceret: pacemq; reconciliaret, Ad hæc Traianus media quædam respondit: ostenditq; se non tā-ti facere Longini salutem: ut belli: & pacis momenta in eo ponerentur. Deceba-lus & si iratus animum tamen aliquantulum compressit, Neq; ad cædem Lōgi-ni statim prorupit. Verum Longinus cum se obseruari uideret: & sæpius quid-nam rerum ageret exquiri: ebibito ueneno cuius tunc copia superrerat se ipsum interemit. Per ea tempora Traianus lapideum pontem in Istro fecit: opus sane mirandum: & maxime memorabile, Cui cætera illius opera uix adæquare pos-sis: uiginti stant ex quadrato lapide pilæ: quarum altitudo centum & quinqua-ginta pedum præter fundamenta habetur, Latitudó sexaginta pedes continet, Distant inter se centum & septuaginta pedibus. Fornicibus uero coniunguntur, Impensa profecto ingens & uix credibilis. Sed illud mirari conuenit: quanam ratione: & quibus uiribus: quoue artificio in illa gurgitum altitudine tanquam præcipiti fluuio tum singulæ columnæ extrui ualuerint, Tantarum molum fun-damenta stabiliri: uada præterea limosa erant, Neq; amnis alio auerti poterat, Quanta uero altitudo sit aquæ: & q̄ late pateat amnis haud equidem enarraue-rim. diffunditur per ea loca spaciosus: atq; interim imbrium mole concitatus ri-pas longius summouet: alibi uero duplo atq; interim triplo priore sui parte ma-ior: aut restagnat: aut defluit: qua uero arctatur uorticosus & ferox ædificia: & pontes non patitur: & rursum liberatus angustiis in pelagi formam totus ex-spaciatur, Iterumq; coit: quasi retentus profundior: & rapidus fertur. arduū igi-tur: & maxime laboriosum fuit in ea fluminis parte pontem ædificare: ex hoc sa-ne ingens Traiani animus arguitur: atq; adeo magis quod nullum commeandi usum pons præbebat. Pilæ etiamnum extant: ceu in ostentationem potentiæ: & Cæsaris opum fabricatæ: simul etiam ut posteris testatum maneret, Nihil esse quod hominum manu: & opibus Romani Imperii effici non posset. Ponte da-nubium ideo Traianus coniungere uoluit: ut expeditius uel conglaciato amne præsidia facultas transeunda foret: quotiens Romam qui trans danubium age-rent a barbaris bello: & armis uexarentur, Ergo uel astricto frigoribus fluuio cum res deposceret commeare licebat. Cæterum contraria ratio Adrianum mo-uit, Siquidem is ueritus ne pulso Romano præsidio: aut oppressis legionibus feræ: & indomitæ gentes facto aditu ea loca inuaderent: quæ eis Danubium sunt, Misiamq; subinde popularentur structuras & fornices quantæ super aquā eminebant

Longinus Traiani legatus.

Longini mors.

Dāubiꝰ lapideo pōte iunctus.

Pons īgēti substructione.

Istri amnis natura.

Traiāi animus īgēs.

Romāoꝝ potentia.

Adrianus pōtē dmolitus est.

eminebant demoliri iuſſit. Traianus uero ponte Iſtrum tranſgreſſus bellum magis pro fiducia uirium q̄ pro ſtudio: aut induſtria gerens illic cōmoratus, Daços tandē ſubegit: atq; in debellando hoſte multa egregii ducis: & fortis uiri opa edidit, Complures militū pericula intrepidi adiere: pugnando alii multa fortiter fecerunt, Forte eques accepto uulnere de pugna eductus ut ſcilicet adhibitis remediis ſanari poſſet. Deſperata ſalute protinus de tabernaculo exiuit, Nondū enim uis mali uitalia occupauerāt, In acie conſtitutus magna tū iactando tum etiā faciendo animā afflauit, At Decebalus cū capta Regia uicina omnis regio in poteſtatem Romani populi ueniſſet uſq; ad captiuitatē periclitatus mortē ſibi conſciuit, Cuius caput deinde Romā delatū fuit. Ita dacia iuris & ditionis Romāæ facta eſt, Quā mox Traianus in prouinciam redegit, Vrbes condidit & colonos deduxit. Regios uero theſauros quos Decebalus ſubter uada Sargetiæ amnis haud procul a regia occultauerat inuenit, Fluuium forte rex captiuorꝫ duntaxat manibus & opera de proprio curſu auerterat: atque effoſſis ſubinde uadis in ſpecu magnā uim auri & argenti occuluit: preencioſiſſima quæq; & eos liquores qui recondi: & ſeruari poterant eodē congerens, Quibus confectis: ne quiſpiam quæ geſſiſſet proloqui poſſet: omnes qui facti conſcii erāt occidi iuſſit, At biculis captiuus cui res cognita erat: abditos theſauros indicauit. per idem tempus Palmas Syriæ præfectus eam Arabiæ partem: quæ ad petram uergit edomuit, Traianum Romā repetentem plurimæ barbarorꝫ gentium legationes: atq; etiā indorꝫ legati adiere: ſpectacula magnifica per centum: & uiginti dies Romæ edidit, Iugulata ſunt aliquando mille: interim decem milia beſtiarum: partim feræ partim manſuetæ: & innumerabiles gladiatores decertarunt. Per eadem tempora in pontinis paludibus uia ſaxo conſtrata eſt: ſecundū quā domus ædificatæ ſunt: pōtes prætèrea magnifice ſtructi, Improbi: atq; adulterini nummi conflati ſunt, Suræ Licinio qui tunc deceſſerat. & ſepulchrū fieri: & ſtatuam dari de publico mandauit eo diuitiarꝫ atq; potētiæ Suras proceſſerat: ut Gymnaſium Ro. populo ſuis impenſis ſuſtruxerit, Incredibilis fides: & ſuprema amicitia inter utrunq; interceſſerat, Forte inſidiarum aduerſus imperatorē Suras accuſabatur, Aemuli ſubinde inſtare: reumq; urgere, Tunc Traianus uel inuocatus in domū illius cœnaturus acceſſit, Demiſſiſq; ſtipatoribus atq; ſatellitibus medico Suræ oculos īſpiciendos: deniq; accerſito illius tonſore mentem radēdum cōmiſit, Vtrūq; enim ex uetere inſtituto tum Romani ciues tum cæteri impatores præter unū Adrianum facere ſoliti erāt, Hic primus Cæſarꝫ barbam nutrire cœpit. Poſt hæc Traianus lotus accubuit: atq; poſtridie ad eos conuerſus: qui Surā inſimulare non ceſſabant Ecquid inquit ſi uim mihi parabat Sura: ut dicitis cur heri me non occidit. Permulta ſane Traianus & fecit: & tentauit periclitandi hominis gratia & quāuis ſæpius illum quidam accuſarent, Nunquā tamen induci potuit: ut quicquam ab eo metueret, Quin etiam cum tribunatum militum ei traderet. Parazonium quo pro dignitate accingendus erat: nudum ei porrexit, At talis inquit: enſem accipe: quem pro me ita demum ſtrinxeris: ſi iuſte imperauero. Quod

Decebali mors.

Sargetiæ flu.

Indorꝫ legatio ad Traianū.

Spectacula. cxx. dierū. Via pōtinis paludibus Licini⁹ ſura Suræ opes.

Barbā romani tondebant.

Parazonium Tribunat⁹ īſigne

ſi perperā

Sosia palmas celsus

Bibliothecas extruxit.

Columna Traiani.

Equus supplex.

Traian' optim' appellatus

Militaria Traiãi studia.

Nisibis

Bactra

Antiochie clades ex terræmotu

Terræmotus ingens.

Terræmot' artificio sa dscripti.

si perperã quicquã per me fieri cognoueris:eo in perniciẽ meam utaris uelim. Statuas etiã & imagines Sosiæ Palmæ & Celso constituit:quos uiros præ cæteris coluit:& summo in honore habuit:& si qui aduersus coniurassent:eos cognitiõe senatui delegata puniri uoluit. Inter reos & Crassus nomĩatus erat. Bibliothecas extruxit:& in foro ingentẽ colũnã statuit. Siue ut ea pro sepulchro esset siue in ostẽtationẽ eius operis quod ille circa forũ egit. Cliuus surgebat quẽ effossa quoquouersus terra ita cõplanauit:ut undiq; columna cõspiceret. Forũq; deinde in areæ modũ æquatũ mãsit. Post hæc armeniis:atq; parthis bellũ ĩferre statuit. Hũc prætextũ belli faciens:quod armenioꝶ rex diadema:& cætera regni insignia atq; iura nõ ab se: sed a parthoꝶ rege uelut illi obnoxius sumpsisset. Re autẽ uera cupidine magis gloriæ impulsus est. Namq; simul ac parthoꝶ & armenioꝶ fines ingressus est. Regionis satrapæ ipsiq; mox reges cũ muneribꝰ ei occurrerunt:equũq; duxere ita edoctũ ut regẽ adoraret. Nã pedes anteriores in morem supplicãtis flexit: Caputq; pedibus qui proximus eẽt subiecit. Traianus cũ fere uicina omnia sine armis & certamine subegisset in Satala:& Elegiã armeniæ sunt oppida protinus transiuit. Heniochoꝶ regẽ prosequutus honore est. Parthamasirẽ:qui in armenis regnabat grauiter mulctauit. Ita omni potitus armenia reges: qui sponte deditionẽ fecissent:aut ĩ fidẽ uenissent. Hos ut amicos benigne habuit. qui uero cõtumaces obsequiũ abnuissent:parereq; recusassent eos:oẽs paruo negocio subegit. Tũ in honorẽ eius multa senatus decreuit:atq; illud in primis ut optimus appellaret:pedibus fere ingrediebat. cũ milites per omne iter instructi: & parati erant: ordines nunquã eodem modo ductare:atq; interim aliter q̃ suetus eẽt instruere. Quotiẽs flumina trãseunda haberet:ipse auidus pedibus sicut miles traiciebat. Rumores de hoste falsos plærũq; dissipabat etiã aduersus ea quæ speculatores ex posuissent. Ita milites quæ imperasset diligẽtius exequebantur:& ad omnia belli momenta parati & intrepidi erãt. Nisibi & Bactris mox potitus parthicus appellat. Nihil tamẽ eũ magis q̃ cognomẽ Optimi iuuit: Vtpote moribus & mãsuetudini eius maxime cõueniens. Armoꝶ etiã & belli huiusmodi appellatio ꝓpria uidebat. Dũ uero antiochiæ Traianus ageret atrox:& funestus motus terræ accidit uicinis urbibus atq; populis cladẽ etiam afferẽs:quanquã ipsa Antiochia insigni & publica strage uastata fuit. Hyemabat in ea forte Traianus:atq; illuc milites frequenter:& priuati cõplures cõuenerant. Alii præterea ut iura acciperẽt:quosdam legationis officiũ:merces:& priuata cõpendia traxerãt:q̃plurimi uisendi Imperatoris:& spectandoꝶ ludoꝶ gratia cõfluxerant. Ita uix ulla natio:aut ciuitas a detrimẽto:& clade immunis extitit, ut plane uniuersus terraꝶ orbis:& populi qui Romano parebant impio calamitatẽ ingentẽ accepunt. Motũ terræ fulmina primũ antecesserũt. Tũ uenti insoliti:atq; peregrini uehemẽtius spirauere: qbus mõstris atq; prodigiis & si grauia:& horrẽda uidebantur. Nemo tamẽ quæ mala sequuta extimuit. Tũ magno & repẽtino oborto fragore maria feruescere: fluctus intumescere. Adhus æstus uehementius:& uiolẽtius insurgere. Terra omnis succuti: domus ædificia cõtrario ictu quassari. Dissilire alia & supne assultantia tecta cõ cidere

cidere: crepitus audiebatur inges & horribilis, Mœnia cōtrario pulsu modo huc: modo illuc nutantia cōfringi & ruere, Mare ipsum turbine contorquebatur: terra autem ubi ædificia non erant: maximo compulsa motu assultabat. Tetra omnia erant simul contrita ligna. Collisa uasa fictilia: & saxa acceruatim magno cū stridore protruebant, Puluis densus: atq; concretus excitan: tantaq; obducta calligo cuncta oppresserat, Vt alterū uidere alloqui: & audire minime cuiquam imo spirare quidem ingruente uento: ac puluere liceret. Multi mortales extra domos uitæ periculum adiere, Præcipites tectis erumpebant & uelut agmine fugientes in aceruos cogebantur, Qui omnes ceu a præcipiti loco deiecti elisi sunt, Nō pauci adhuc mutilato corpore abiere, Arbores radicitus conuulsæ procubuerunt, Ingētem turbam prostrata tecta: & subuersi muri obruere: primo impetu densi alius super alium incidentes extinguebantur, Siqui uero lacero corpore aut lapide uel ligno conuerberati cessissent, Hi profecto omniū miserrimi erant, Vtpote quibus aut uiuere: aut subito mori negaretur. Non simplex fuit clades, Siquidem de tanto mortalium numero uix sine noxa unus & alter euasit. Videre erat hunc confracto humero illum amissis brachiis fugere, Complures capite adempto iacebant: quidam eliso pectore sanguinem euomebant, Inter quos Pedo consul, Qui tamē haud ita multo post animā emisit: atq; ut semel omnia complectar: nullum non calamitatis & miseriæ genus mortales illi sustinuere: sed diutius noctu: & interdiu id agente fato terra contremuit, Tunc uitæ dubii & pauore consternati miseri tanto malo remediū: aut effugium inuenire non poterant: oblæsi tectorū casu passim moriebantur: & quamquā fornices & concamerata atq; uacua loca prout casus adegerat: tum perystilia pensilesq; horti intercedente ligno a morte quosdā seruassent: hi tamē omnes durante motu fame & inedia priusquā opem quisquā ferre posset cōfecti fuere, Desinēte tremore quidam ruinas ascenderunt: tunc mulieris uox: & infantis uagitus auditus est. Matrem & filium ruinæ oppresserant, Mirandumq; fuit quo pacto alendo puero lac sufficere potuerit, Sed mater & filius terra incolumes educti sunt. Dum uero accuratius protrita cadauera: & collapsas domos rimaret: alter infans inuentus est qui matris mortuæ ubera adhuc sugeret: omnibus autem qui ab excidio & clade superfuerunt: salus ingrata & uita molesta extitit. Cū luctuosum urbis casum: totq; obruptos mortales cerneret: hac cōmuni: & miseranda populorum strage miserrima & infelicissima tunc antiochia afflicta fuit. Traianus uero a tam fœdo diroq; periculo per fenestram domus quā inhabitabat: uix ablatus est: accedens forte quidam humana maior effigie illum inter exiguos tectorum lapsus incolumē subtraxit: sed tanta deinceps Cæsarem formido tenuit: ut cū iam aliquot dies tremor quieuisset in hippodromo sub diuo: & in publicis tabernaculis uitam ageret, Mons item casius ita concussus est: ut nutante cacumine quasi cōuulsus in subiectas urbes labi existimaretur: subsedere & alii montes quin etiā aquarū fontes nō ante uisi emicuere. Fluuii quoq; defecerunt. Cæterū Traianus appetente iam uere hostilē terrā aggredit, Sed regio quæ Euphratē attingit neq; ligna neq; cæteram materiam fabricandis

Pedo cos.

Patherica narratio.

Traianus a diis seruatus.

Casi⁹ mōs.

**Nauigia ĩ Euphrate.**

idoneam nauibus ferebat, QVare nauigia in nemore circa Nisibim ædificata ea plaustris imposita in fluuiũ transportari iussit, Sic enim cõpacta erant: ut soluta denuo coniungi possent.

**Cardinus mons Euphrates põte iunctus.**

Ergo cũ iuxta Cardynon montem fluuium difficulter ponte iunxisset, Barbari continuo occurrere, Totisq; uiribus trãsitu prohibere conati sunt Sed Traiano naues:& milites supererant, Tunc alias subito conuehit & contabulari iussit:antecedebant aliæ sagittariis oppletæ:quas ita remis inhibebat: ne statim in aduersam ripam procurrerent, Sed uagantis modo hanc modo illam riparum partem petere simulabant, Perculsi & quodammodo attoniti barbari: unde tanta nauiũ uis ex ea terra quæ arbores non fert coiuisset, Ripa fluminis cõtinuo cessere

**Adiabeni superati.**

Ita superato amne Romani uniuersam Adiabenorum gentem subigunt, Arbela deinde Gaugamela Traianus cœpit,

**Alex. ubi dariũ uicit**

In quorũ campis olim Alexander debellauit Dariũ:oppida sunt hæc. Assyriæ quam Barbaris littera in t mutata Attyriam.

**Babylon.**

Post Babylonem ire pergitur cui admodũ pauci per uastam solitudinem intercessere,

**Parthoꝝ regia.**

Iam pridem parthorũ uires:& opes ciuilibus armis tum etiam nouo:& domestico dissidio attritæ erant.

**Bitumen qd Babylonis mœnia**

Lacum bituminis ex itinere Traianus spectare:& uisere uoluit, Ex quo muri Babylonis ædificati fuere: cuius ea uis est: ut lateribus:aut exiguis lapidibus interlitum saxo:aut quouis ferro muros solidiores:& firmiores facit:

**Antrũ pestiferũ**

os præterea antri ex quo grauis & pestilens halitus redditur inuisit:quem neq; terrestria animalia:nec cœli uolucres pati possunt, Namque si supra deuolauerint:siue propius oberrauerint olfatu ipso statim exanimes concidunt. QVare incultus locus:& a seipso circunscriptus:ac desertus manet,

**Hierapolis Asiæ ciuitas.**

Similem specum aliquando Hierapoli quæ ciuitas est Asiæ uidi, Eadẽ pestiferi spiritus uis in auibus cognita fuit atq; desuper incubui:ut quicquid infra esset despicerem. Cisterna undiq; circũsepta stat:quam super theatrũ constructum est: spirat aura omnibus animantibus noxia, Intereuntq; cuncta protinus:quæ halitum olfatumue hauserunt.

**Eunuchorũ uis ĩ natura.**

Hi duntaxat impune pestifera alioquin spiramenta hauriunt:quibus genitalia excisa sunt:causa facti incõperta mihi adhuc est: q̃q̃ diligentissime pscrutatus de ea fuerim, Id autẽ scribo & trado quod uidi:& quæ audiui:ut audiui.

**Euphrates. Tygris.**

Traianus interea fossam educere aggressus est: per quã Euphratẽ in Tygrim deriuaret, Simul etiam ut nauigia faciendo ponti deueheret, Sed ubi Euphratis alueũ Tygri multo excelsiorẽ esse comperit:ab ĩcepto destitit,

**Nauigia plaustris aduecta.**

Veritus uidelicet:ne Euphrates conuerso in decliuiorẽ partem fluxu extenuaretur, Satius igitur duxit plaustris impositas naues per id terræ quæ exigua interiacebat in Tygrim transmittere:pontem itaq; fecit qua Euphrates in paludes emissus Tygridi misceretur,

**Parthicus nũ Traia.**

Protinusq; Ctesiphonta inuadit quam mox recepit, Imperatoris tunc Parthici cognomẽ quod ante ei tributũ fuerat confirmauit senatus: præterea dies festos supplicationes:& triũphos prout illi agere libuisset: decreuit

**Mare rubrũ.**

recepta Ctesiphonte:rubrum dehinc mare nauigare instituit,

**Erithreum mare cur.**

Sinus hic ex Oceano indico in Arabiã profunditur:quem Erithreũ mare ab Erithreo rege qui illud tenuit posteri appellauere.

**athabil' rex**

Tygris insulã facit in qua per ea tempora regnabat Athabilus:eam igitur sine certamine Traianus in potestatem redegit:in his tamen locis tum hie-

mis:&

mis:& fluuii rapido cursu, Tum æstu maris periclitatus est. Agger erat & uallum quod Spasinum incolæ uocant, A quibus & si Athabilo parerent benigne: & pa catis animis Traianus susceptus fuit, Inde ad oceanum usq; progressus cognita maris natura, Nauesq; conspicatus: utinam inquit iuuenis essem: & uires atq; robur suppeterent: profecto enim in fines indorum penetrarem: tunc de india multa cognouit, Deq; gentis uictu atq; uestitu paulo curiosius sciscitatus est. Alexandrum fœlicem duxit: iactabat subīde se ultra quam ille penetrasset progressurū: id quod senatui per epistolam significauit. Subiungens ægre posse eas gētes quas deuicisset in fide: & officio continere: aut a ui: & iniuria defendere quāquā nō cessaret quottidie orientis populos armis agitare & debellare, Nomina præterea uictarum a se gentium senatui nunciauit: quarum numerus tantus erat ut uix recenseri aut nominari possent, Triumphalis tūc arcus præter alia multa: quæ in honorem eius & decreta & facta fuerant: in illius foro sustructus est, Iamq; ita ciues se ornabant: ut illi in patriam reuertenti læti: & plaudentes occurrerent. Sed languescente corpore: deficientibusq; uiribus neq; romam redire: neq; quicquam superiore uita: & rebus ante gestis dignum efficere ualuit, Immo uero præ tædio bellorum: & magnitudine curarum coactus aliqua ex parte gentes quas subegisset liberas facere. Nam dum & oceanum nauigat: indeq; remeat populi fere omnes qui ad deditionem compulsi fuerant: facile desciuere. Romana enim præsidia quæ fines tuebantur: & quorum metu: uel inuiti in officio perseuerabant: partim eiecere: partim interfecere. Hæc Traianus cum adhuc per oceanum nauigaret cognouit. Transiuerat eo: rerum & locorum fama & si nihil: quod opinioni: aut sermoni responderet: inuenerit: præter aggeres: atq; ruinas: ex quibus scriptores fabulosa multa commenti fuerant. Alexandro autem cuius æmulatione rubrum mare: & oceanum nauigauerat in ea domo parentauit: in qua expirasse ferebatur. Cæterū audita populorum rebellione Maximum: & Lucium in eos populos cum exercitu misit qui defecerunt, Sed aliter acie uictus occubuit, Lucius uero cum multa prospere gessisset: acceptaq; damna emendasset, Nisibim recepit, Edessam obsidione: & ui captam diripuit, Igniq; funditus absumpsit, Duo legati interea Euritius: & clarius seleuciam expugnant: atq; uicina urbi concremarunt. Interea Traianus nouarum rerum anxius parthis: qui iam ad defectionem spectantes imperia detractabant, Regem dare constituit: propiusq; Ctesiphonta profectus: in patentes campos romanos simul & parthos in concionē uocat: atq; ex suggestu multa præfatus super iis: quæ egisset: parthenaspatem regē parthis diademate imposito designat. Mox arabiam petiit, Agarenosq; rebellantes adortus est: erat illorum ciuitas parua: neq; admodum copiosa: uicina omnis regio sterilis: & deserta propter aquæ penuriā manebat: & si quid liquoris ex ea terra scatet minime potui gratus habetur. Pabuli indiga: ligna non fert: quare eam multitudine militum obsideri: aut expugnari nō facile erat: defendebatur ardore solis, Cui exposita est, Ergo neq; Traianus in præsens: neq; postea Seuerus Agarenos expugnare potuerunt, Muri parte subrupta stabat, Equites proxime mœnia aduecti sūt: qui graui

Spasinū.

Alex. traiani iudicio fœlix.

Traianus glonabūd°

Arcus triūphalis.

Traiano extructus.

Traianus animū despondet.

Traiani expeditiōes.

Maxim° & Lucius.

Traiani legati.

Edessa capta & īcēsa

Parti a traiāo domiti

Ctesiphō.

Agarenoꝝ regio.

Seuer° īp.

detrimento affecti in castra continuo rediere. Ipse etiam Traianus urbi sine regio ornatu oberrās ut hostem falleret, Vulneratus pene fuit. Generosa canities:& oris

*Maiestas ī pncipe latere non pōt.*

maiestas principem prodidit:& quis foret in ementito habitu facile ostendebat. In eum igitur quem regem suspicati erant sagittas frequentes coniecere, Quarum tanta fuit uis ut qui pone Cæsarem sequebatur transfixus fuerit.

*Prodigia.*

Prodigia mihi multa facta sunt, Tonitrua atq; fulgetra: arcus ingens in cælo uisus. Tempestas:& grandines immensæ præterea (quod monstro simile existimatum est) quotiens Romanus cum hoste manus consereret ictu fulminis auertebatur.

*Muscarū ī gens uis.*

Orta subito muscarum uis eduliis:& poculis insidens fœdo contactu cūcta Romano grauia & molesta faciebat. Digrediens itaq; inde Traianus morbo primum tētatur:

*Iudei rebellant.*

per quod sane tempus Iudæi qui circa cyrenem incolebant Andrea duce constituto, Romanos & græcos sine discrimine statim obtruncant.

*Iudæorū crudelitas.*

Nec cæde cōtenti: humanis carnibus uesci cœpere: horum intestinis stillante adhuc sanguine cincti tum pellibus obluti multos per medium usque ad uerticem dissecuere. Plures bestiis dilaniandos obiecere: alios inter se digladiari coegere, Vt ducenta & amplius hominum milia eo furore: & armis Iudæorum interierint.

*Iudæorū furor.*

Ingens item cædes ab eisdē in ægypto patrata fuit: nec minore clade Cyprii effecti fuere, Siquidem in ea Insula duce Artemione conspirantes Iudæi circiter ducēta:& quadraginta capitū milia trucidarēt, QVa facti atrocitate Iudæus de cætero legibus

*Cyprus iudæis inaccessa.*

& pœnis Cyprum attingere prohibetur. Si uel ui tempestatis uel per errorem illuc delatus fuerit: ceu capite dānatus: statim morte mulctatur. Sed inulta clades non mansit,

*Iudæorū clades.*

Nam Traianus misso cum exercitu Lucio tum antecedentibus aliis ducibus iudæos qui per uniuersum fere terrarum orbem tantum cædis ediderant, p̄fligauit, Inter hæc expeditionem in Mesopotamiam parabat: a qua ingrauescente

*Aeli⁹ adrianus q post imper. fuit*

morbo deterritus est. Quare publio Aelio Adriano in Syria cum legionibus relicto ipse in Italiam nauigare cœpit, Frustra multa tunc Romani tentauere dum Armenia:& Mesopotamia: necnon Parthorum potiri student: pericula quoque in irritum Nam Parthi repudiato Parthenaspate: quem indignum regno existimabant, Ipsi res suas prisco gentis instituto administrare cœperunt.

*Traiani mors suspecta.*

Sed Traianū grauior morbus oppressit, Venenū sibi datum suspicatus est, Aiebāt quidā compresso sanguine: qui statis diebus per inferiorē partem profluere solitus erat: contractā ægritudinem fuisse: stupore ita membra resoluta sunt: ut pars corporis defecta sensu: aliquādo manserit. Mox intercute aqua repletus apud selinuntam ciliciæ urbē: quæ deinde Traiani ciuitas cognominata est defertur, Ibiq; statim extinctus est, Cum impasset annos undeuiginti, Menses sex:& dies quindecim.

## Adrianus ex Dione Græco per Georgium Merulam.

ADrianum nunquã uiuens Traianus adoptauit. popularis illi erat: educatus sub eo: affinis deinde nam illi nupserat sororis Traiani filia: quæ per omnẽ uitam cũ eo uixit: legatus Syriæ belli parthici tempore præpositus fuit, Neq; ullam egregiam dignitatem ab eo accepit: sed nec consul nisi sero fuit, Cæsarẽ autem: & imperatorẽ eũ cum Traianus sine liberis e uita excessisset, Attianus municeps eius & Cæsaris ꝓcurator factõe Plotinæ: quæ illius amore flagrabat: cũ uicinus esset: & potẽs declarauit, Cæteꝝ pater meus Apronianus: qui tũc ciliciæ præerat: de illo plæraq; cõperta mihi narrabat: quo ordine & consilio quæq; facta erant: & illud in primis mortem Traiani aliquot dies: ideo occultam fuisse: ut adoptio procederet, Quæ res deinde ex litteris eius ad senatũ patuit, Nam epistolis non ipse sed Plotina subscripsit. Id quod in nullo ante alio fecerat. Erat Adrianus quando imperator declaratus fuit Antiochiæ: quæ metropolis est Syriæ: pridie quã designaretur somnium tale uidit. Ignis de cœlo ĩnitenti & puro aere in humerũ sinistrum incidit: deinde in dextrũ transiliit, Illum exterruit: nec læsit. Scripsit autẽ ad senatũ Adrianus rogans imperiũ sibi ab eo confirmari: abnuens illud in primis ut quicquã sibi aut tunc aut alio tempore: ut consuetum erat tituli: & honoris decerneretur: nisi quod ipse rogasset. Traiani autẽ ossa in illius columna condidit, Celebrata fuere per multos annos publica spectacula: quæ Parthica nominata sunt: quæ tamen sicut & plæraq; alia exoluerũt, Cæterum Adrianus quãquã humane & moderate impasset: tamen propter cædes optimoꝝ quorundã: quos in principio imperii: & antequã uita decederet interfici curauerat: multũ calumnii etiã infamiæ subiuit. quapropter minimo minus in deos relatus non fuit. Imperiũ adeptus: continuo occidi uoluit Palmũ, Celsum, Nigrinum: & Lusium: partim quia in uenatione insidias illi struxisse dicebanť: partim alio crimine insimulati: quod scilicet plurimũ potẽtia: opibus itẽ atq; gloria pollerent: quos neq; in dicta causa damnauit: nec ægre tulit quod hi causam dicerẽt, Immo patrociniũ & defensionẽ eoꝝ suscepit: quin etiam iurauit suo iussu occisos non esse. Sub finem uitæ fuere perempti Seuerianus & Fuscus nepos: fuit autem Adrianus genere afer Adriani filius suapte natura disciplinis deditus: & studiorũ amator, In utraq; lingua impense eruditus. Nã quædã soluta oratione: & item poemata uaria reliquit ambitiosus supra modum: utpote qui cætera omnia etiã minima tractauerit: nam pinxit uenustissime atq; etiã effigies e cæra & creta formauit. Iactabat præterea se nihil eoꝝ ignorare: quæ aut in pace aut in bello siue ad regẽ: siue ad priuatũ ꝑtinerẽt, Inuidebat autẽ magis q̄ æmulabať: quare quosdã celebres: & excellẽtes artifices: quos æquare nõ poterat: alios & quidẽ frequẽtes subuertit: alios ceu studioꝝ & artiũ æmulos interfecit. Quippe cupiẽs oẽs in quacũq; arte & disciplina superare. Quapropter Fauorinũ Gallum genere & Dionysiũ milesiũ sophistas tunc egregios tollere tentauit. Vt

Marginal notes: Adrianus Impa. — Dionis pr̃. — Adrianus ĩpera. ubi declaratꝰ. — sõnii fides cõsequuta — Traiãi cõditorium. — Parthici ludi. — Adrianus difficulter in deos relatus. — Adrianꝰ q̄s cædes patrauit. — Adriãi gñs — Adriãi eruditio. — Adriãi studia. — Adrianꝰ inuidia laborabat. — Fauorinꝰ phũs gñe. Gallus. — Dionysiꝰ. milesius.

uit, Vt scilicet eorum sectatores:atq; inuicē certantes perderet. Nam Dionysius aduersus Heliodoꝝ quē ille supreme amabat:& epistolaꝝ magistrum fecerat talia dixisse fertur:potest Cæsar pecunias & honorē tribuere, Rhetorem facere non potest, Fauorinus uero cum apud eū de immunitate quā is in patria sua obtinere cupiebat:causam acturus esset:suspicans ne aut inferior in iudicio esset:atq; etiā contumelia afficeret, Cum ad tribunal uenisset, Nihil aliud dixit:nisi q; per noctem Magister eius in quiete āstans mādauit ei:ut pro patria operaretur:atq; deprecaret:quando in ea genitus foret, Vtriq; quāuis iratus grauiter Adrianus pepercit.Quādo illoꝝ mortis nulla honesta causa uideret. Sed Apollodoꝝ architectum qui Traiani foꝝ Metodæum:& Gymnasiū illo iubente Romæ fabricauerat:primum urbe expulit:postea interfecit:quasi criminis reum.Re aūt uera q dum olim cū eo Traianus de opibus cōmunicaret, Adrianus rei nescius quædā etiā nō uocatus loquutus est, Cui Architectus abi obsecro:& cucurbitas depinge.Nihil enim hoꝝ recte nosti.Forte tūc ille huiusmodi quadā pictura cōmedabatur.Adrianus uero impiū adeptus iniuriæ recordatus est, Atq; licētiā hui⁹ nō tulit, Siquidē descriptionē:& formā tēpli Veneris quod Romæ fabricabāt ad eū misit:qppe significās sine illius opa & ministerio etiā ingētia ædificia extrui posse Quærebat itaq; an ædificiū illud recte:& cōmode se heret, Rescripsit de templo.sublime illud & concauū fieri oportere:ut ex loco supiori in sacrā usq; uiam insignior ꝓspectus esset:& magis cōspicuus cōcauū ad excipiendas ludoꝝ machinas:quæ in eo latenter cōpingi:& itē ex occulto in theatrū duci possent.quātū ad simulachra ptineret dixit maiora facta fuisse q̄ ratio altitudinis:& magnitudinis postularet, Nā si surgētia spectacula & pægmata efferre uoluerint:illud nullo pacto effici poterit humilitati loci.Hæc palam cū rescripsisset, Iratus est Cæsar: & supra modū doluit.uidebat sane se id admisisse quod nullo pacto corrigi posset:quare iræ & doloris impatiens eum tolli iussit.Talis & ad hunc modum erat Adrianus.Idem Homeri poemata abolere cogitabat:& pro eo Antimachum in scholis legendū inducere, Cuius nomē multi adhuc ignorauerant, Erant insuper ei hæc uitia:hoc est qui nimis diligenter & curiose q̄ expediret omnia exquireret, Quod itē uarius foret:& prudens nimisq; omnia leniebat:atq; eleuabat alia diligentia:prouidētia:magnificētia:& dexteritate quadā, Nam nullum ipse bellum mouit:& si quod motū erat:illud cōposuit:nulli iniuste pecunias abstulit:multis multa elargiens publice & priuatim:senatui & equestri ordini.Alios auxit pecunia:honoribus alios & dignitate honestauit:neq; patiebat a se quicq̄ peti:sed pro necessitate cuiusq; omnia faciebat.Disciplinā militarē diligēter exercuit ita ut q uiribus polleret, Neq; contumax esset neq; ēt iniurias inferret, Ciuitates socias atq; tributarias:& subditos mirifice iuuit.multas eaꝝ inuisit:& quas nullus ante se impatoꝝ uiderat:atq; omnibus aliquid opis & auxilii ut ita dixerim tulit.Romanū populū acerbe magis q̄ indulgenter tractauit.Nam cū olim quædā p uim & supbe in ludo armorū peterent:nihil eis distribuit, Immo uero iussit illud Domitiani pronunciari.Silete:quod uerbū minime prolatum est.Nam præconianū

Libere dictum.
Apollodorus architectus.
Metodæū forum.
Adrianus ueste depinxit.
Veneris tēplum.
Sacra uia.
tēpli cōdēdi ratio.
Ludorum machinæ.
Pægmata.
Hōeri poemata abolere cogitabat.
Adriāi uitia.
Adriāi uirtutes.
Militaris i Adriāo disciplina.
Ludus armorum.
Domitiāi uerbū silete.

continuo

cõtinuo sustulit. Ita eo signo quod fieri solet eos quiescere fecit:atq; tacere: qua re inquit non opus est:ut ex præcepto sileant:qui iam tacuere. Hoc enĩ uult prin/ceps:neq; tamẽ ideo iratus est præconi. Immo uero maiore in honore habuit:pro pterea q grauitatẽ mandati nõ exposuisset. patiebat talia huiusmodi: neq; ægre ferebat admoneri & corrigi uel ab humili persona. Siquid præter sníam & etiam subito ac fortuito iuuaret. Transeuntẽ quendã mulier rogauit:ut se audiret: cui cum ille respondisset otium mihi non est. Illa deinde clamans ait noli ergo impe rare:tum conuersus eam audiuit. Nihil non consultu senatu faciebat:ius assidue dicebat:cũ primoribus ciuiũ aliquando in palatio:nonnunquã in prandio: inter dum & siquidẽ sæpius ex tribunali ut quæ fierent publicarẽtur. Assistebat inter/dum consulibus:quotiens hi iudicarent. In circensibus ludis eos apprime hono/rabat. Domũq; a circo plærũq; reducebat. Gestabatur in lectica ne quispiã comi tum illi molestus esset. In diebus neq; festis neq; publicis domi manebat. Nemi/nem nequidem salutantẽ ne assiduo labore fatigeretur recipiebat: nisi necessaria res fuisset. Semp circa se & Romæ & extra urbem optimates habuit: quos etiam in conuiuiis adhibat. Quapropter quartus sæpe adhibat. Venabatur quotiens contingebat:prandebatq; sine uino:deinde cũ principibus & optimis uiris cœna bat:& semp erat cœnatio omnifariã sermonibus referta. Infirmos amicos uisita/bat:& quoties dies festos illi agerẽt:cum eis simul ueniebat:& eorum agris ac do/mibus suauiter utebatur. Vnde & multis eorum fato functis:& aliis dum uiue/rent statuas in foro posuit. Neq; tamen quicquã familiariũ iniuriã alicui intulit. Neq; quicquã uenditum:neq; ex iis quæ dicebat neq; faciebat qualia olim Cæsa rii:& qui cum imperatoribus uictitabãt:facere soliti erant. Et hæc quidem ob iter & in summa de moribus eius exposui. Nunc quæ generatim fecerit: quatenus eorũ meminisse licet. Romã ubi uenit continuo per edictum condonauit omnia debita. Siue ea pertinerent Regi:siue ad ærariũ decenniũ præscripsit: a quo tem/pore debere quisquã desineret. Nec postea debiturus esset. Per natales dies specta cula gratis populo diuidebat. Ferasq; multas cõfodi iussit:ut semel leones centũ & totidem leenæ conciderunt. Dona per tesserulas separatim uiris: & separatim mulieribus in theatro & in circo dedit. Item uiros discretos:a fœminis lauari uo/luit. Eodẽ quo hæc gesta sunt anno Euphrates philosophus uolũtaria morte ex/cessit e uita. ueniam dederat ei Adrianus citra ignominiã & infamiã: ut cicutam tũ propter senectutem:tũ etiam propter grauem morbũ bibere posset. Cæterum Adrianus aliã ex alia prouinciã percurrens regiones & urbes plustrabat:& in pri/mis arces omnes ubiq; cõtẽplatus cõsiderabat:quarũ alias in loca magis opportũa trãstulit. alias penitus subuertit:oĩa illa simplr nõ dico quo pacto generalia & cõ munia in exercitibus se haberẽt. Sed arma, machinas, fossas, uallũ, & mœnia, alia priuatim uniuscuiusq; & eorũ q in ordine militabãt:& eos ducebãt uitas: statiua hiberna ipse intueri & exqrere uoluit:multa p licẽtiã in solutiorẽ morẽ lapsa: & q fabricata fuerãt correxit:& emẽdauit:alia destruxit & sustulit. Milites uero exer/cebat ad oẽm spẽm pugnæ:hos honore affecit:illos officii admonebat:oẽs pariter

Silẽtii nota.

Imp. offim

Circenses ludi

Infirmos amicos uisitabat.

Adrianus Cæsarii.

Debita cõdonauit.

Adrian⁹.

Tesserulæ donatiuorum quæ.

Militaris disciplina

ea docebat facete: quæ par erat: atq; ut etiã eius exẽplo meliores & duriores red derentur, Duro & aspero uictu utebat, Nam siue pedibus iret: siue equitaret: nũquã uehiculum aut quadrigas ascendit, Caloris & frigoris iuxta patiẽs: quippe qui etiam alpinas & gallicas niues: & ægypti ardores capite intecto pertulit: atq; ut omnia breuiter complectar: sic opere & præceptis per totum Imperii tempus milites omnes & exercuit & exemplo instituit, Vt usq; in hodiernum diem: quæ ab eo facta fuerunt: ea pro lege & militari instituto habeantur, per belli tempus plurimum in peregrina terra commorabatur. Et externi apparatum eius intuentes inuiolati etiam pecuniis acceptis nihil nouarum rerum moliti fuerunt. Sed adeo peritos & laborum patientes habebat exercitus: ut olim equites qui uocantur Bastai Danubium armati transnatauerint, Quæ omnia obstupefacti hostes in seipsos conuersi eo magistro usi sunt ad disciplinam eorum qui inuicem contendebant. Theatra & certamina faciebat, Vrbes peragrabat sine regio ornatu Imperatoriaq; pompa. Nãq; ea nunquam extra Romam usus est, Patriam quãuis eam magno honore & muneribus auxerit: & multa præclara ei dederit, Nunquam tamen inuisere uoluit. Venandi studio usq; ad insaniam & periculum tenebatur. Nam inter uenandum diffracto humero: & crus pene cõtriuit, Vrbem præterea in mysia condidit: quã Adriani Venatica septa nominauit. Et quãquã huic rei assiduam operam daret, Nihil tamen eorum neglexit: quæ ad administrandam rempublicam: & imperii cõmoda pertinerent, Quantopere item uenationi intentus fuerit: argumentũ est, Borysthenes equus: quo in uenando plurimũ utebatur, Cui mortuo sepulchrum fecit, Columnã erexit: & epigramma inscripsit. Quare minime mirandũ est: si Plotinam mortuam, Cuius potissimum opera Imperium adeptus fuerat: eumq; amauerat: excellentissime coluerit & ornauerit, Per nouem. N. funeris dies pullatus ĩcesserit, Templũq; erexit: & hymnos in eam fecit, Sed in uenando tanti roboris fuit: ut suem eximiæ magnitudinis solus uno ictu occiderit. In Græciam cũ uenisset: multa largitus est, Sacrisq; initiatus mysteria Cereris spectare uoluit, Inde per Iudæam in Aegyptum transiuit ubi Pompeio parentauit, Carmenq; tale addidit, Ossa uiri magni tenui q̃ clausa sepulchro. Tum disiectum monumentũ ĩstaurauit: atq; protinus in ægyptum ueniens urbẽ quã Antinoi nominauit condidit, De nomine Antinoi pueri eximiæ pulchritudinis: qui ex Bithyniæ urbe Cithynide quã Claudiopolĩ uocant: ortus & in delitiis habitus in Aegypto moritur: siue in Nilum ceciderit ut Adrianus scribit. siue immolatus: ut ueritas habet fuerit, Alioquin enĩ curiosissimus harum rerum: ut supra diximus Adrianus fuit, Quippe diuinationibus atq; magicis sacris crebro utens, Quare seu ob amorem: siue q̃ uoluntariam mortem oppetierit, Indigebat enim ad ea quæ parabat anima eius hominis qui sponte occubuisset, Illum in primis coluit: quo enim loco is oppetiit, Vrbem cõditã ab eo denominauit eius statuas per uniuersum orbem terrarum atq; etiam effigies erexit: stellam deniq; a se uisam aiebat quæ Antinoi foret, Eosq; perlibenter audiebat qui familiarius se cũ uiuebant: quotiens talia fabularentur ex Antinoi

spiritu

Bastai equites.

Venandi studium.

Borysthenes equus.

Pulla uestis ĩ luctu

Cereris misteria.

Põpeii sepulchrũ.

Claudiopolis.

Magicis sacris utebat Adriãus.

ſpiritu, Vere ſtellam natam quæ tunc primum apparuiſſet. Hæc igitur crebro ſecum recogitabat. Interea Hieroſolyma pridem euerſa: rurſus habitari iuſſit: atq; urbem Aeliam Capitolinam appellauit, Ioui item ex aduerſo templi ædem excitauit, Bellum huic & graue & diutinum natum eſt: magno dolore afficiebátur Iudæi atq; indignabantur peregrinos ſecum in ciuitate habitare: & illud quoque etiam grauius ferebant externa ſacra fieri: & externorum deorum imagines in ipſa conſtitui, Quieuere tamen ab armis & cædibus, Adrianum ueriti: qui per ea tempora uicinis in locis conſtiterat, Nihilo tamen ſecius inter ſe ea ſtudioſe fabricare non ceſſabant: quibus quotiens belli neceſſitas poſceret uti poſſent. Poſtquam uero longius Adrianus abſfuit: palam in arma uertuntur: quamquam aperta acie cum Romanis congredi non auſi ſunt: auxilia ſumebant muro & cauernis ſubterraneis ſpecus fodientes: atque cuniculis omnia munientes, Vt quotiens uiolarentur liberos haberent ad fugam exitus: inuicem quoq; ſubter terram clanculum commeare: ſpecus & ſubterraneas uias ſuper ne quibuſdam in locis hiantes ad uentos & lucem excipiendam perforauerant, Impetus eorum Romani primum contempſere, Verum poſteaq̃ uniuerſa prouincia tumultuata eſt: & qui ubiq; gentium erant cum eis conſpirauerunt, Tunc cognouere atq; intellexerunt quam graue & periculoſum bellum exortum foret: multa enim mala in Romanos: partim clam: partim aperte edebant: aſciſcere multos etiam externorum prædæ: & lucri cupiditate: & fere ut ita dixerim uniuerſus terrarum orbis ex motu Iudæorum concuſſus fuit. Tunc ergo Adrianus minime cunctatus: præcipuos Romanorum duces aduerſus eos miſit. Quorum primus Iulius Seuerus in Iudæam ex Britannia uocatus. Hic minime auſus eſt prœlium committere, Nam & multitudine longe impar erat ad decertandum & hi de ſalute deſperauerant, Igitur diuiſos adortus carptim ut quoſq; poterat comprehendens pro multitudine militum: atq; tribunorum: tum ab alimentis: & commeatu interclusos tardius quidem: ſed minore cum periculo penitus oppreſſit: pauci admodum euaſere: atq; a cæde ſuperfuerunt, Arces eorum quinquaginta celeberrimæ directæ ſunt: uici ad nongentos: & octogintaquinq; qui ſane frequẽtes: & nominatiſſimi erant direpti: & mox igne conſumpti ſunt. Viri in excurſionibus: & in prœliis ipſis ad quinquaginta milia cæſi fuere, Fame morbis ac igni ingens multitudo abſumpta eſt. ſic fere omnis Iudæa deſolata eſt, Quam cladem etiam ante bellum multa ipſis denunciauerant. Nam Salomonis ſepulchrũ: quod illi in ſupremo cultu: & reuerentia habebant ſponte: & nullo impellente diſcuſſum corruit: lupi atq; hyenæ paſſim per urbes incidentes ululabant, Non fuit incruenta uictoria Romanis, Siquidem multi eorum occubuere, QVare Adrianus ad ſenatum ſcribens eo minime uſus eſt principio quo cæteri imperatores conſueuerant, Ad hunc ſcilicet modum. Si uos & filii ueſtri ualent bene habet, Ego & exercitus ualemus. Seuerum dein debellatis Iudæis in Bithyniã miſit Adrianus, Non quidem ad bellũ: ſed indigebat prouĩcia præſide: & gubernatore iuſto ſapiẽti: & qui in dignitate fuiſſet: auctoritatemq; haberet quæ omnia in eo

Hieroſolyma euerſa.

Bellum iudaicum.

Iudæi ſpectãt ad defectionẽ.

Iudæorũ rebellio ſub Adriano.

Iuli⁹ Seuerus.

Adriaĩ legatus in iudæos.

Iudæorũ clades ſub adriano.

Salomõis ſepulchrũ.

Iulii ſeueri laus.

Dionis patria.

inerant. Hic res bithynicorum tam priuate q̄ publice ita disposuit:& correxit:ut nos omnes Bithynii in hãc usq; diem semper eius memoriã faciamus:& hic fuit Iudaici belli exitus.

Alani.
Massagete

Exortum est mox alterũ bellum ab Alanis,(Sunt enim massagetæ)auctore pharasmano,Hic mediam grauissime deuastauit,Armeniam quoq; & Capadociã lacessiui,Demũ Alani accepta pecunia:& donis a Vologæso partim inducti:partim item q̄ timebãt Flauium Arrhianum:qui tũc Capadociæ præerat ab armis quieuere.

Flauius arrhianus.
Iouis olympii ædes.. Athenis
Liberi templum.

Adrianus per hæc tempora ædem Iouis olympii in qua & ipsius statua fuit Athenis ædificauit,Imposuit in ea draconẽ ex India deportatum,Festa præterea liberi patris quod apud eos maximum est princeps in ueste indigena magnifice concelebrauit:atq; templum eius quod Græci Panhellinon uocant ædificare eis cõcessit:certamen & ludos instituit:pecunias multas:frumentum annuum:& insuper uniuersam Cephaleniã Atheniensibus elargitus est.leges multas tulit,Sed illud in primis sanxit:ne senator:aut ab ipso:aut per alterũ tributo condemnaretur.Romam cum uenisset:atq; in quodam spectaculo aurigam quẽdã liberum fieri cum clamore populus rogaret.Respondit per tabellam docens iniquum a se hoc peti:ut alienum seruum liberũ faceret,Ne domino eius uis:& iniuria fiat.Morbo deinde tentari cœpit:siquidem sanguis qui ei cõsuetus erat per nares effundi,Tunc maxime abũdauit:desperata est salus:& uita:quapropter

Cõmodus Cæsar designatur.

cũ adhuc sanguine transmissurus esset,Commodũ Luciũ successorẽ sibi:& Romanis Cæsarẽ designauit.Seuerianũ uero:&Fuscũ nepotẽ eius quod illud ægre ferre uiderentur suspectos & inuisos iussit occidi,Quorum alter nõ agenarius:alter uero decem & octo annos natus erat,sed Seuerianus priusquam iugularetur

Imprecatio seueri ĩ adrianum.

ignẽ poposcit:atq; incẽso thure,Vos inquit o dei testor me nihil mali cõmisisse, De Adriano hoc tantum imprecor:ut cum mori cupiet non possit & quidẽ mortuus est. Adrianus post morbum largum sæpius frustra inuocata morte: sæpe ẽt se ipsum occidere uoluit.Extat eius epistola q̄ hoc ipsum significat, Scribit enim

Seueriani Laus & mors.

q̄ miserum est mortem optare & mori non posse, Hunc Seuerianũ Traianus successorẽ aliquando & dignum imperio iudicauit.Nam in conuiuio olim quæsiuit ab amicis ut decem nominarent uiros: quibus summa reipu.& rerum fastigium demandari posset,tum uero compresso aliquantulum sermone,Inquit.Nouem per uos discere cupio..Vnum ego seuerianum habeo.

Similis uir fortissim⁹.

Floruere ea tẽpestate excellẽtes alii uiri,sed maxime celebres:atq; illustres duo fuere,Turbon:& Similis qui etiã præmia fortitudinis retulere, Turbon uir fuit maxime militaris:& gubernandi exercitus scientissimus. Hic primum in prouinciis procurator fuit:deinde præfectus prætorianoꝝ, In quo magistratu nihil unquã aut molle:aut superbum gessit,Sed uelut unus de numero Gregariorum militũ uixit:& alia multa:tum illud maximũ fecit:quod totã diem cum Imperatore uer

Frõto cornelius orator.

sabatur:ad quem plærunq; post mediam noctem accedebat:quo tempore cæteri fere homines dormire incipiunt.Floruit etiã Cornelius Fronto:cuius in agendis causis primæ partes erant,Hic aliquando peruesperi cũ a cœna domum rediret,

Audiuissetq;

Audiuissetq; eum cui patrocinium quandoq; pollicitus fuerat: causam agere in ueste senatoria: quam tunc habebat iudicium ingressus est, Iudicesq; salutauit. Nō dicēs aue: quæ matutina erat salutatio: sed uespertino usus uerbo saluete inquit. Turbo nunquam domi per diem neq; etiam cum morbo laboraret uisus fuit: atque monenti olim Adriano ut quiesceret respondit oportere præpositos rerum stantes mori. Cæterū Similis & ætate: & honore eos antecedebat: nulli præfectorum ut ego existimo cedens. Id quod ex paucis cōiectari licet: olim eum Adrianus cum Centurio esset in consilium uocauit: priusq; præfectos, Cui ille inquit turpe est o Cæsar cum Centurione disserere: præfectos uero non admitti, Præfecturam deinde inuitus accepit: quā deinde deposuit uacatione data, Vixque dimissus in agro septem annos (quod fuit reliquum uitæ) in ocio & quiete exegit: atque hæc moriens sepulchro inscribi iussit, Similis hic iacet: cuius ætas quidem multorum annorum fuit, Septem tamen duntaxat annis uixit, Interea Adrianus nimio sāguinis defluxu phthisi mox tabescēte corpore hydropesi corripitur. Adoptauerat Lucium Commodum, Sed cum multo sanguine: & perpetuo defluente morbo miserando teneretur, Primores obiter etiam celebres senatorum domū conuocauit: atque decumbens in lectulo, Hæc inquit, Amici uiri, Filium ut ex me genuerim natura non concessit, Sed uos per leges dedistis. Genuerim an elegerim multum interest: qui genitus filius is erit: quem fata uoluerint: adoptatum autem unusquisq; sibi pro uoluntate assumit, Quare plærunque per naturam stulti: atq; mutilati filii dantur. Qui uero leguntur, Integro hi sunt corpore & mente sana. Quare Lucium primum ex omnibus delegeramus: qualem neq; filium optare potuissem, Sed quando fata nobis illum eripuere: inueni profecto uobis imperatorem: qui nobis pro illo succedat, Quem uobis damus & pollicemur, generosum, mitem, mansuetum, misericordem atq; prudentem: & qui neq; temerarium quiddam propter iuuentutem: neq; per senectutem negligenter aut timide facere poterit. Sub legibus educatum: & qui secundum mores patriæ princeps Reipub. & dux exercituum fuit: & qui nihil eorum ignoret: quæ ad Imperium pertineant: omnibusq; rebus pulchre uti poterit, Hunc & si cognoscā supra omnes homines ocio deditum: & inuitum Imperium & summam rerum capessere, Tamen ut existimo nunquam aut uos aut me deseret aut negliget, Sic Antoninus Imperator creatus est, Sed cum illi uirilis stirps nulla foret, Commodi filium adoptauit, Adiuncto etiam Marco Annio Vero: uoluit enim in longum tempus eos qui post se Imperaturi essent, Hunc Annium Marcum prius Catilium nominauerant, Nepos fuit Annii Veri: qui ter consul: atq; etiam tribunus fuerat, Vtrosq; adoptari ab Antonino iussit, Maiore tamen honore prosequutus est, Verum eum propter cognationem quæ cum illo intercedebat: tum propter ætatem: & quod uiuatiore & fortissimo ingenio cognoscebatur: ex quo illum sæpe per iocum ad sensum uerbi Græci respiciens: minime aptum iudiciis esse dicebat, Cæterum Adrianus magicis artibus & incantamentis quibusdam aquam omnem intercutem eduxit: qua tamen rursus & celeriter repletus fuit.

Aue

Salue

Libere dictum

Viuere qs uere dici possit.

Adrianus phthisi cōsumptus.

Adoptiui liberi geniti p̄ferēdi.

Cōmodus imp. designat9 e uita excessit.

Antoninus pius imp.

M. Annius uerus.

Catilius.

Annius uerus ter cos.

Magicis artibus hydropisim curauit.

Adrianus

Mastor barbarus. Adrianus optat mortem. Hermogenes medicus. Vitalia sub mamilla. Medicorũ turba noxia. Adriãi mors & sepulchrũ. Augusti sepulchrũ. Adrianus natura mitis.

Postquã igitur morbus auctus est:& ut cũq; adhibitis remediis in dies deficiebat mori decreuit, Sæpe aut uenenum aut gladium postulabat & frustra quidem:nullus enim porrigebat, Posteaquam autem promissa pecunia & data uenia nemo ei obtemperabat, Accersit Mastorem quendam barbarum nomine genere Iaxigem quo homine propter robur & audaciam plærunq; in uenationibus usus fuerat, Hunc partim minis:partim magnis pollicitationibus impulit:atq; coegit ut cædẽ sibi inferret, Circunscripsitq; locum sub mamilla: quem Hermogenes medicus demonstrauerat:quo lætaliter percusso statim sine dolore expiraret. Sed ubi hoc ei non successit, Nam Mastor tanto facinore perterritus atque attonitus aufugit: multum in graui morbo de se conquerebaturq; nullam potestatem haberet: nec sibi mortem consciscere posset: maxime quando etiam multa super alios posset. Demum cõsilio medicorum super uitam abstinuit cibo & potu qui ad salutem, Imo ad morbum exaugendum faceret, Mortuus est tandẽ dicens illud in populo uulgatum, Turba medicorum interfecit Regem. Vixit autem ãnos duos & sexaginta:menses quinque:& dies sex. Imperauit annos uiginti:menses undecim, Sepultus est in ripa fluuii iuxta pontem Aeliam, Illic enim sepulchrum conditum. Iam enim Augusti monumentum repletum erat, Nec quisquam amplius in eo sepeliebatur, Infensissimum omnibus cædes fecerant, Initio imperii & sub eius mortem uelut iniuste:& impie occisi fuerint:quanquã natura minime sæuus esset. Nam cum multi grauiter in eum peccassent:id satis existimauit. Hoc ad eorum ciuitates scribere q; sibi non placerent:si qui quibus filii erant:pro scelere debebant:saltem pro numero puerorum supplicia eorum eleuauit.

Vesæui cõflagratio.

Cõflagratio Vesæui mõtis ex Dione, Merula trãstulit pro Suetonio Tranqllo.

Vesuuius mons.

SVb tito in campania horrẽda & mirãda quædam obtigerũt, Magnus enim ignis per autumnum subito exarsit, Mõs enim Vesuuius qui iuxta Neapolim ad mare uergit, Abundantes ignis fontes habet:olim undiq; altus: ab cuius medio ignis exoritur, Quæ pars solum igne compræhensa fuit:extra hæc omnia sine igne etiam nunc manent, Ex hoc cum cætera essent incõbusta:media uero exusta & in cinerem redacta iuga cicũstãtia ab antiquo usq; nunc manent, Quodcunq; ambustũ est atq; cõsumptũ tpe concauum factum est:ut mons omnis:si licet magnis parua conferre:similis est uenatorio theatro, Vertex arbores & uites habet, Circulus ab igne latior factus per dies fumũ:noctu flãmam emittit, Vt uideantur in eo odores euaporari & sacrificia fieri. Et quidẽ semp:interim uero magis:interim uero minus, Sæpe uero cineres effundit:quando scilicet aliqd coactũ subsederit:lapides sursum mittit: quotiens uero a spiritu & uento uiolatur:sonat & stridet:ceu non coacta & constructa:sed rara & occulta spiracula habens:talis igitur est uesuuius:& hæc quidem in eo per annũ plurimũ fit:quæcũq; uero id tẽporis accidere: q̃uis magna & præter

solitũ

solitū uisa sint:parua tamen ad cōparationē eo℞ quæ tunc acciderunt: etiā si oia
in unū conferant:parua existimari possunt. Quæ quidē sic habebant, Viri mul-
ti atq; magni humanā omnē naturā excedentes quales gigantes scribunt partim — Gigātū si-mulachra.
in monte partim in finitima regione per urbes interdiu atq; noctu per terrā ober-
rantes:& in aere procurrentes uidebantur, Post hæc uehemens siccitas & uehe- — Vesæuus emisit.
mentes terræmotus subito facti sunt, Vt planicies illa uniuersa aquis scaturiret
& montes subsilirent:sonitus a cauernis subterraneis tonitruis persimiles super-
ne uero & in terra mugire uidebantur. Mare uero fremebat: & cælum resonabat,
Post hæc fragor immensus subito ceu concidentium montium audiebatur, Exi
liebant primum lapides ingentes quasi ad summa montium exirent, Deinde tan
tus fuit ignis & fumus:ut aera totum obumbraret, Totum uero solem occultaret
ceu defectum, Mox uero ex die nox & tenebræ & ex luce factæ sunt. Et existima-
bant Gigantes insurrexisse, Apparebant quidem illorum effigies in fumo:præte-
rea tubarum sonitus audiebantur:putabant alii aduenisse Chaos: uel per ignem
mundum absumi, Atq; fugiebant partim ex domibus in uias, Alii extra, Alii ue
ro ex mari in terram:& rursus ex terra in mare, Quidam uero trepidi & amentes:
utpote qui existimabant quod securius esse præsente. Hæc autē simul facta sunt,
Eructabat immensus cinis:occupabat enim terrā mare & aera & multa quidem
alia sicut accidebat:lædebantur homines scilicet regiones & pecora: pisces: præ-
terea aues absumebat, Insuper duæ ciuitates conflagrarūt Herculaneum: & Pō- — Herculāeū
peii, Herculaneum uero:& Pompeios sedente in theatro populo oblimauit, Tan — Pompeii.
tus fuit puluis ut ab eo loco in Aphricam & Syriam & Aegyptum penetrauerit, — Vesæui cō
Peruenit etiam Romam usq; Quin etiam aer totus imminens puluere oppletus — flagratio.
fuit, Sol etiam obtenebratus obscuratusq; est, Nec paruus metus fuit per multos — Syriam &
dies. Nesciebant homines quod factum est, Nec cōiectari unde factum est, Exi — aphricam
stimabant enim quæ supra & infra erant euerti, Solem in terram descendere, Ci — pulueris
nis autem nihil magni incommodi attulit. Cæterum deinceps pestem grauem at — guttis cō-
tulit. Cæterum in sequenti anno a terra progrediens ignis, Agente in cāpania Ti- — pluit.
to ut igni & conflagratis ædificiis remedia daret:urbem Romam populatus est, — Pestis ex i-
Nam Serapis & Isidis Templum etiā septa, Neptuni ædem, Thermas Aggrip- — cēdio uesæ
pæ Panthæum Diribitorium, Balbi Theatrum Pompei porticum, Octauiæ do — ui.
mum cum bibliotheca, Templum Iouis capitolini cum ædibus & sacellis cōiun — Pantheon.
ctis conflagrarunt Vt non ab homine factum malum sed magis diuinitus im- — Diribito-
missum existimari debeat, Ex iis igitur quæ connumeraui: coniectari licet quāta — riū. Thea-
fuerint detrimenta & damna. Cæterū Titus duobus ex iis qui consules erant, Vt — trū Balbi.
ædificia repararet pecunias insuper dedit, Donauit præterea eorū bona qui sine — Portic⁹ pō
hærede decesserāt, Nihil enim a priuato homine neq; ab ærario neq; fisco cū mul — peii.
ti multa conferrent sumpsit. Ex his quæ tūc aderant: oīa reparauit: & in aliis qui — Capitoliū.
dē nihil egregiū fecit, Theatrū uero uenatoriū in quo feræ depugnarēt:& Balneū — amphithe
sibi cognomīe dedicauit, Multa quoq; admirāda fecit, Grues iuicē. Et quattuor — atrū Titi.
Elephātes depugnarūt, Aliæ pterea ad nouē milia feræ & cicures iugulatæ sunt: — Balneū titi

quas

quas mulieres nō admodum illustres interfecere:uiri præterea tum singulari certamine, Multi pedestri pugna:alii nauibus decertarūt. Theatrum uero quod ipse confecerat, Cum ex improuiso aqua repleuisset, Induxit equos & alia māsueta animalia:quæ omnia facere didicerant:quæ in terra & in aqua solita erant, Induxit & homines in nauibus:quorum pugnas ita partitus fuerat, Vt hi corciræi: hi corinthii pugnam committerent, Alii uero extra in nemore Caii & Lucii ubi augustus ad hoc ipsum terrā effoderat:etenim eo in loco prima die digladiati sunt: homines & feræ indefectæ lacus tabulis munito ad faciē similitudinis: qui item quaq; circū uallum habebat:secunda uero die equorum cursus, Tertia tria milia hominum nauibus depugnarunt, Deinde terrestris:pugna facta, Victores Athēnienses Syracusanos:his enim nominibus utebantur, Naualiq; pugna depugnarunt, Atq; in paruā insulā insiliētes & muro quæ circa monumētū cōfectū erat: illud cepere. Hæc repræsentata sunt ad centū dies, Exhibuit deinde quædam ad utilitatem & lucrum, Tesserulas ligneas superne in theatrum sparsit, In quibus signa erant:aut esculenti aut uestis:argenti præterea uasis & aurei:equorum domitorum, pecorum, seruorum, Quæ qui excepissent oportebat ad distributores afferre:atq; ab eis quod inscriptum erat accipere.

Mulieres ī harenā descendunt.

Naumachia Titi.

Naualis pugnæ simulachra

Tesserulæ donatiui.

Conflagrationis Vesæui montis Finis.